




D foris.

Omnis radix constat tribus substantiis:  
libris et hoc est singulari lingua


Ebraea quia scilicet Trinitas personarum  
Una est Essentia tres personae.


Singulari vocis constans tribus radicalibus:  
libris


Cum profecto scilicet linguam Ebraicam  
septem linguas intelligit Chaldaicam  
Syriacam, Arabicam, Armeniacam et  
Sicam quae intelligit linguas Saxonum et  
Sicilicet et alias germanici Vici


Et. Stant. Hebraica lingua quae  
me sequitur nam humanam.

Hebraea lingua est ualde significans  
et paucis verbis ea comprehenditur quae  
multis ambagibus vix refertur.

















232777 I

פתח תורה יהודה תמימה משמיה זב

FRANCI-  
SCI STANCARI  
MANTVANI, EBREÆ  
GRAMMATICÆ  
INSTITVTIO.

In qua omnes octo Orationis  
partes summa diligentia  
ita traduntur, ut nihil  
ad hanc rem desi-  
derandum sit.

*Adiuncta sunt hæc,  
ab eodem autore.*

Rerum omnium capita.  
Exercitatiūcula catholica.  
Et suæ grammaticæ com-  
pendium.

*Nunc ab Autore recognita.*

אברהם זכר אלהינו יתן עטו ברוך

# Franciscus Stan

carus Mantuanus, prudētissimo atq;  
amplissimo uiro Ioanni Iacobo Fug-  
gero, Comiti Kirchberg & Vissen-  
horn, &c. gratiam & pacem  
à Deo patre per Je-  
sum Christum.



D percipiendam sa-  
cram Ebream Lin-  
guam, Vir amplissi-  
me, necessaria cum  
primis est gramma-  
ticæ institutio, sine qua oleum per-  
det & operam (ut multi iam exper-  
ti sunt) qui eam percipere stude-  
bit. Quod quum ante me è Chri-  
stianis, ne de Rabbiorum uolu-  
minibus dicam, animaduenterint,  
multi



232777

multi præclari uiri eò studiũ suum  
contulêre, ut Grammaticæ rudi-  
menta, qua possent diligentia, scri-  
berent. Quos ego eo maiori laude  
dignos arbitror, quo in re magis  
necessaria laborarunt.

Sed quoniam ea est in humanis  
rebus ratio, ut nemo unquam ar-  
tem aliquam adeò perfectè absol-  
uerit, quin & posteris relictus sit  
illius absoluendæ, ac perficiendæ  
locus: idcirco quum uiderem mul-  
ta in illis desiderari, quæ quum pe-  
ti ab uno deberent, à multis requi-  
rêda forent, putaui me ad hoc mu-  
nus à Deo excitatum, ut ea quæ a-  
pud diuersos dispersa essent colli-  
gerem, superflua refecarem, & quæ  
deesse mihi uiderentur adderem,  
eaq; omnia suis locis diligētissimè  
collocarem. Collegi, addidi, gram-  
maticen hanc conscripsi: quæ una

(ni fallor) ea omnia, quæ apud eos qui ante me scripsêre, diuersis in locis petenda erant: quæq; desiderabantur, non sine ordine, qui lucis & facilitatis est autor, incredibili certè breuitate ita subministrabit, ut huiusce linguæ candidati, paruo sumptu, paruoq; labore breui possint Ebreæ exactam grammaticæ cognitionem percipere.

Non est cur hîc illustris FVGGERE, aliquid de huius diuinæ ac sacrosanctæ linguæ uel laude, uel utilitate dicam, quum per se summam tum laudem, tum utilitatē studentibus afferat. Nam etsi Tulliana etiam eloquentia id aliquis tentaret, eā tamen probro, magis quàm laude afficeret. Præstat igitur me abstinere, quàm rem omni laude superiorem meis laudibus deterre. Hoc tamen dicam, Moscen illum si-

lum fidelem Dei famulum, teste Iosepho aduersus Apionem Alexandrinum grammaticum, omnibus scriptoribus antiquiorē esse.

Si qua præterea gloria esset digna lingua aliqua, quòd quempiā eximium habuerit autorem, hæc certè longè alias omnes excelleret. Nam Deum optimum maximum autorem habet, qui ea per suos uates in aperiendis sacrosanctis oraculis populo suo usus est.

Quo uerò ad facilitatem linguæ addiscēdæ attinet, ea citra omnem controuersiam alijs omnibus, quarum notitiam aliquam teneo, faciliorem esse duco. Quòd si quis eam uel obscuram, uel difficilem esse existimet, id profectò non sacræ linguæ, sed illam tradentibus, & ruditati nostræ potiùs, aut ignauię est adscribendum. Permissimus

enim hanc diuinā ac sacrosanctam linguam iacere, situq; squalescere, quū Christianis ista potius, quā omnes aliæ, propter Diuina oracula, amplectenda atque excolenda esset.

Si uerò ad eius utilitatem spectet aliquis, aliud certè nihil quā quòd sancti patres iudicarunt, censebit: illam uidelicet ad exactè & pro dignitate tractandam, ueram ac sacram utriusque Testamenti theologiam esse necessariam.

Hanc itaque Diuinæ linguæ institutionem, doctissime atque humanissime FVGGERE, quæ nunc primū sub celebri nomine tuo in lucem exit, quam etiam filiis tuis arbitror fore non inutilem, ac tibi quoque (ut mihi relatum est) linguam Ebream percipienti, qua sola alias tum linguas, tum uirtutes  
quæ

quæ in te sunt, ornare poteris, quæq; in senectute omnium uirtutum iucundissima est: hanc, inquã, Sacræ linguæ institutionem, tibi dedicare ac donare decreui: ut ea in parte, quæ ad pietatis doctrinã attinet, & filiorũ tuorum, & tuum desiderium iuuem. Quid, quæso, in Principe uiro, ac omnibus animi fortunæq; muneribus ornatissimo excellentius, quid magnificentius, quid admirabilius uirtute haberi potest? Diuitiæ enim sine uirtute non ornant, non extollunt, non beant hominem: sed uirtus, quæ sola perpolit hominem, euehit, & tandem felicem ac immortalẽ reddit. Opes præterea, fortunæ subiectæ sunt: uirtutes uerò perpetuæ manent. Quocunq; pergīt homo, uirtutes, quas omnia bona Bias ille dicebat, secum affert: diuitias au-

tem multi relinquere, uel inuiti aliquando coguntur.

Accipe itaque generose Comes munus hoc nostrum, ab homine tui amantissimo, quo tuum, tuorumq; liberorum in Diuinis ac sacrosanctis oraculis animum possis imbuere. Eam enim fore spero hanc nostram Grammaticæ explanationem, quæ fructu & iucunditate quum alijs, tum tuæ humanitati atque amplitudini, autorem ipsum commendare possit.

Vale

in domino

IESV.

Basileæ, quinto idus

Aprilis, Anno

1547.

Index

## INDEX, CAPITVM.

|                                                                                                        |    |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| <b>D</b> E modo seu ratione legendi:<br>hoc est, De literis, atq; earum<br>figuris & nominibus. Pagina | 14 |
| De punctis uocalibus.                                                                                  | 16 |
| De pronunciatione uocalium.                                                                            | 18 |
| De lectione uel prolatione sceua à<br>principio dictionis tantum.                                      | 19 |
| De dagefc & raphe.                                                                                     | 23 |
| De literis אהוי & בגר בפח                                                                              | 24 |
| De potestate literarum.                                                                                | 25 |
| Disputatio de litera uau.                                                                              | 27 |
| De lectione sceua.                                                                                     | 33 |
| De lectione literarum אהוי                                                                             | 36 |
| De literis & syllabis coniūgendis,<br>quod Iudei dicunt Punctare.                                      | 38 |
| Exemplum legendi.                                                                                      | 41 |
| De naturali & prima literarum di-<br>uisione, iuxta uocum instru-<br>menta.                            | 42 |
| De duplici dagefc.                                                                                     | 44 |
| De commutatione uocalium ma-<br>gnarum                                                                 |    |

|                                                                                                                   |    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| gnarum in uocales paruas & da<br>gesc, & econtra.                                                                 | 48 |
| De altera literarum diuisione, &<br>earum usu, & quomodo seruiūt<br>& puncto notantur.                            | 49 |
| De comparatiuo & superlatiuo.                                                                                     | 51 |
| De affixis.                                                                                                       | 60 |
| De partibus orationis.                                                                                            | 65 |
| De Pronomine.                                                                                                     | 66 |
| De Verbo.                                                                                                         | 70 |
| De uerbis perfectis.                                                                                              | 72 |
| Explicatio uocabulorum ad Ver-<br>bum pertinentium.                                                               | 74 |
| De augmentis omnium præterito-<br>rum perfectorum.                                                                | 75 |
| De augmentis omnium futuro-<br>rum.                                                                               | 78 |
| De prima cōiugatione uerborum<br>perfectorum, quæ לָ & עָל di-<br>citur, cum annotationibus suo-<br>rum temporum. | 80 |
| De nominibus.                                                                                                     | 93 |
| De usu                                                                                                            |    |

|                                                                                            |     |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| De usu imperatiui.                                                                         | 101 |
| De optatiuo.                                                                               | 103 |
| De subiunctiuo.                                                                            | 104 |
| De secunda coniugatione, quæ<br>נפעל dicitur.                                              | 113 |
| De tertia coniugatione, quæ פעל<br>nuncupatur.                                             | 120 |
| De quarta coniugatione פועל                                                                | 127 |
| De quinta coniugatione, quæ dici<br>tur הפעיל                                              | 130 |
| De sexta coniugatione, quæ uoca-<br>tur הפעל                                               | 136 |
| De septima & ultima cōiugatione,<br>quæ nuncupatur חתפעל                                   | 140 |
| De ordine defectiuorū, qui secun-<br>dus est cum suis cōiugationibus<br>& obseruationibus. | 146 |
| De uerbis quiescentibus, & eorum<br>coniugationibus cum suis anno-<br>tationibus.          | 159 |
| De sexto ordine uerborum dupli-<br>catorum.                                                | 207 |

De uerbis defectiuis in pe nun , &  
 quiescentibus in lamed aleph  
 & he. 222

De uerbis quiescentibus in extre-  
 mitatibus. 230

De defectiuis in extremitatib. 235

De uerbis quatuor literarum. 240

De uerbis quinque literarum. 244

De literis heemanticis. 249

De nominibus à sex uerborum or-  
 dinibus descendentibus. 244

De accentibus. 256

De numeris, atque nominibus nu-  
 meralibus. 258

De millah, idest Dictione, quæ di-  
 uiditur in Præpositiones, Ad-  
 uerbia, Coniunctiones & Inter-  
 iectiones. 264

De Præpositionibus. ibidem

De Aduerbijs. 269

De Coniunctionibus. 274

De Interiectionibus. 277

De uau

|                                                                                             |        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|--------|
| De uau conuersiuo.                                                                          | 278    |
| De radicibus.                                                                               | 279    |
| De modo inueniendi $\Psi\Psi$ idest ra<br>dicem & primitiuū tam Verbo-<br>rum quàm Nominum. | 282    |
| Exercitatiuncula catholica.                                                                 | 285    |
| De modo legendi Ebraicè.                                                                    | 293    |
| De lectione sceua.                                                                          | 264    |
| De dageſc & raphe.                                                                          | 296    |
| De literarum diuiſione.                                                                     | 297    |
| De commutatione uocum.                                                                      | 300    |
| De altera diuiſione.                                                                        | ibidem |
| De affixis ſimplicibus.                                                                     | 303    |
| De affixis compositis.                                                                      | 305    |
| De pronomínibus.                                                                            | ibidem |
| De nominibus.                                                                               | 308    |
| De duali numero.                                                                            | 309    |
| De anomalis.                                                                                | ibidem |
| De literis heemanticis.                                                                     | 310    |
| De uerborum ordinibus.                                                                      | 311    |
| De uau conuersiuo.                                                                          | 319    |
| De accentibus.                                                                              | ibidem |

Francisci Stan-  
cari Mantuani  
Ebreæ grammā-  
ticæ institutio.

DE MODO SE V  
*ratione legendi.*



ITERÆ sunt uigin-  
ti duæ apud Ebre-  
os, & quinque eorum  
duplicem habent fi-  
guram, ut infrà in al-  
phabeto : quarū prior figura prin-  
cipio & medio dictionis scribitur,  
posterior uerò in fine tantum.

Tria præterea in alphabeto con-  
sideranda sunt, Nomen, Figura, &  
Potestas.

Figur-

*D. Forthweg Hic autem observat suam Grammaticam quia  
non sicut solent ordinem Latine, ut fuit observatum  
ad Latine grammaticam*  
15

# FIGURÆ, NOMINA,

|   |      |                                                     |                                 |
|---|------|-----------------------------------------------------|---------------------------------|
| א | אלף  |                                                     | Aleph                           |
| ב | בית  |                                                     | Beth                            |
| ג | גימל |                                                     | Gimel                           |
| ד | דלת  |                                                     | Daleth                          |
| ה | הא   |                                                     | He                              |
| ו | ויו  |                                                     | Vau                             |
| ז | זון  | <i>Bebbiandro est<br/>2 long non pri<br/>solum.</i> | Zain                            |
| ח | חח   |                                                     | Cheth                           |
| ט | טה   | <i>Finalis in suis<br/>nominibus propriis</i>       | Teth                            |
| י | ייר  | <i>Scripturae continentur</i>                       | Iod                             |
| כ | כח   | <i>duplicem ha-</i>                                 | Caph                            |
| ל | למר  | <i>bet figuram</i>                                  | Lamed                           |
| מ | מם   | <i>dupl.hab.fig.</i>                                | Mem                             |
| נ | נו   | <i>duplicem ha-</i>                                 | Nun                             |
| ס | סמה  | <i>bet figuram</i>                                  | Samech                          |
| ע | עין  |                                                     | Ain <i>Thy: una<br/>na disp</i> |
| פ | פא   | <i>dupl.hab.fig.</i>                                | Pe, phe                         |
| צ | צדיק | <i>duplicem ha-</i>                                 | Zadic                           |
| ק | קוח  | <i>bet figuram</i>                                  | Coph                            |
| ר | רש   |                                                     | Resc                            |
| ש | שין  |                                                     | Scin                            |
| ת | תיו  |                                                     | Tau.                            |

*hic caput  
prolixum quod  
salutis quoniam  
ordinis nota  
quod interpretat*

**V**ideat diligens Lector singula-  
rum literarum differētiam, ne  
unam pro alia accipiat, sciātque id  
nos de industria omisisse.

Omnes hæc literæ apud nos con-  
sonantes sunt, quæ ab Ebreis cor-  
pora appellantur. Et nulla harum  
uocalis est, ut quidam tradiderūt.

*De punctis uocalibus.*

**Q**uemadmodū sine animabus  
corpora moueri non possunt,  
ita literæ apud Ebreos nō mouen-  
uentur absque punctis. Id est uocales sicut notantur  
in uocalibus consonantibus

Decem numerātur puncta, quæ  
nostras quinque reddunt uocales.  
Ex quibus quinque uocales lōgæ  
sunt, & quinque breues. Quarum  
figuras sub hæc litera 3 uel supra,  
uel iuxta illam, ponā. Nam omnes  
uocales supponuntur consonanti-  
bus, præterquàm cholem, quod su-  
perponitur, & in cornu sinistro lite-  
ræ,

ræ, uau scurec uerò apud cōsonan-  
tes. Sunt præterea tres uocales  
impropriè, ut infrà.

### Voces.

**V**ocales lōge uel uoces magne  
que Ebreis sunt, תנועות גדולות,

a קָמֶץ camez

e צֶרִי zeri

i חִירִיק גָּדוֹל chiric magnum *חִירִיק גָּדוֹל*

o חֹלֶם cholem *חֹלֶם חֹלֶם חֹלֶם*

u וֹאֻסְכּוּרֶעַ uau scurec

Vocales breues, תנועות קטנות

a פַּתַּח pathach

e סֶגוֹל segol

i חִירִיק קָטָן chiric paruum

o חֶטֶף קָמֶץ chateph camez

u קִבּוּץ cibuz. *קִבּוּץ קִבּוּץ קִבּוּץ*

Sunt & alia tria pūcta breuiora,  
quorum primum est שְׁוָא idest sce-  
ua, e, ut ך qui propriè non est pun-  
ctus, sed punctorum seruus, quia  
nunquam per se inuenitur. Per se

*שְׁוָא פּוֹנֵה בְּכָל הַמָּקוֹמוֹת; וְכָל הַמָּקוֹמוֹת  
מִגְּדוֹל וְעַד קָטָן מִשְׁכָּחִים לָשׁוֹן דָּגוּשׁ אֲחֵרִים  
מִשְׁכָּחִים לָשׁוֹן שְׁוָא מִשְׁכָּחִים לָשׁוֹן  
פְּרָשׁוֹת לְשׁוֹן הַדָּגוּשׁ גִּשְׁרִיף מִשְׁכָּחִים.*

**B**

*in monosyllabis*  
*in polysyllabis*  
 dico, quia nunquam inuenitur in monosyllabis: in polysyllabis uerò cum alijs reperitur punctis: de cuius lectione suo loco dicetur. Alia præterea duo puncta cōposita sunt è prædictis, quæ & inuenta sunt propter literas gutturales: de quibus infra. Et sunt, א a, ו e: hoc est, chateph pathach, & chateph segol.

Notandum est, quòd sceua componitur cum tribus tantum punctis, cum camez, pathach, & segol. Et quando componitur, mutat nomen, diciturq; chateph camez, non sceua camez (non enim Chaldaicè, rapere significat) chateph pathach, chateph segol: non sceua pathach, & sceua segol.

*De pronuntiatione uocalium.*

א camez profertur, a obscurum, mediā uocem retinens inter a & o.

ב pathach profertur, a clarum.

ג zeri

19  
ז zeri, e gráue.

ס segol, e lene.

כ chirie cum iod grauiusculé  
profertur, quàm sine iod ז.

א & ו ualeat o graue, ut א apud  
Græcos.

ו chateph camez uerò, o lene, ut  
ו micron, uocem retinens inter o  
& a: ita ut parum differat à prola-  
tione camez.

ו uau scurec, u graue.

ז cibuz, u lene.

ז sceua, e raptum.

ז chateph pathach, a raptum.

ז chateph segol, e raptum.

*De lectione uel prolatione*

*scena a principio dictio-*

*nis tantum.*

**S**cribit Moſe Kimchi triplici-  
ter (de prolatione enim intelli-  
git) sceua eſſe legendum. Primò,  
ſi poſt sceua uenerit una ex guttu-

B n

*Tomim rot*

*in fil d fap*

ralibus ע ח נ tunc sceua amissa  
 propria lectione legitur ut uocalis  
 literæ gutturali subiecta, ut תענה  
 téena, ficus. Sceua non legitur per  
 e raptum, uel leuissimum, sed gra-  
 ue, ut zeri. Item עיחי, non ce-  
 chi, idest cape mulier. Nam lectio  
 sceua declinat ad chiric. Secun-  
 dò, si post illud uenerit iod, sceua  
 semper legitur per chiric, etiã si lite-  
 ra quouis alio puncto pūctata fue-  
 rit, ut ביב biad, & non beiad, In ma-  
 nu: licet iod pathachetur. Tertiò,  
 si sceua post se habuerit unā ex alijs  
 literis, præter gutturales & iod,  
 quouis puncto pūctatam, sceua le-  
 gitur per camez, ut לידא lidauid,  
 & nō ledauid, לרש larosc, & non  
 lerosc, Ad caput.

Tot de prolatione uocum ob su-  
 perstitiosiores, quamuis plura di-  
 cenda forēt pro superstitionissimis.

Nos

S. f. m. m.  
 r. g. l. i.

Nos uerò cum Iudæis uel peritissimis nostræ tempestatis, missa in legendo uocalium superstitione, Cametz, pathach, & chateph pathach, per a legimus. Zeri, segol, & chateph segol, & sceua, e. Chiric cum iod & sine iod, i. Cholem, & chateph camez, o. Vau scurec, & cibuz, per u legimus.

Sunt igitur omnes literæ (ut diximus) consonantes, puncta uerò uocales: quæ si consonantibus addantur, reddunt literas uocales.

Notandum etiam est, nunquam puncta uocalia absque consonantibus in Lingua sancta reperiri, præter in unica dictione יְרוּשָׁלַם Ierusalem, in qua ponitur chiric absque consonante iod. Cuius mysterium non admodum perobscurum est, supernā nempe Ierusalem indicans imperfectam esse usque in diem no

uissimum. Non enim ciues omnes  
in libro uitæ scripti, ingressi sunt in  
illam: ideo absque iod, hoc est im-  
perfectè scribitur: licèt falsò Iudæi  
de reæ dificatione terrestris Ierusa-  
lem (est enim ירושלם numeri dua-  
lis, cœlestem & terrestrem Ierusa-  
lem significans) interpretentur.  
Nunquam igitur inuenies puncta  
uocalia sine consonantibus.

§ Capriciosa

Hic corruunt figmenta quorun-  
dam peritissimorum Scriptorum,  
quasdam literas asserētium esse vo-  
cales, ut א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת Nonnulli uerò  
א & י Alij duntaxat א & ע Non  
animaduertentes has literas, quas  
uocales uocāt, alijs cōiūctas absq̃  
punctis, syllabam haudquāq̃ con-  
stituere: quin potius ipsæ puncta  
requirunt ut moueantur, licèt non  
semper. Si alias literas nō mouent,  
quomodo Vocales esse possunt?

*Audiri ex Typographo qui inpressit Propri  
Grammatica Ministris, duxit ministris  
se oltis abesse Grammatica les inuiss  
sibi satisfacta: Frankfurt. Stant.*

Proprium enim animarum est mouere corpora, uocalium uerò consonantes. Si non mouent, ideo uocales non sunt. Si enim admirandi illi uiri & autoritate suspiciendi, de uoce uel prolatione illarum literarum & sibilo intellexerint, cum illis non contēdam. Quid si nomine tantum, cum potestate nominis careant, uocales sint, ad rem attrinet?

Omnes ergo literæ alphabeti consonantes sunt, puncta uerò uocales: cui sententiæ subscribunt Rabini omnes.

*De dagesc & raphe.*

**L**ineam simplicem super literam positam appellamus raphe, eo quod leniorem reddat literam in proferendo, præter 5 quod proferatur asperè, ut **ח**. Literæ enim susceptibles raphe, sunt sex, cōtentæ in his duabus dictionibus **חאבגד** **הזשכ** In

codicibus tamē impressis minimè  
raphe signatū in uertice literæ inue-  
nies. Verū si nō habuerit dages,  
intelligitur habere raphe, quū eie-  
ctio dages indicet literam raphari.

Dages, punctulus est in uentre  
literæ, quam fortiolem reddit, & li-  
tera tam in scribēdo, quā in pro-  
ferendo geminatur, ut רבּוּ rabbu.

*De literis* בְּגֵר כֶּפֶחַ וְאֲחֵרֵי

**O**Mnis litera בְּגֵר כֶּפֶחַ iuncta  
literis אֲחֵרֵי quiescentibus, si-  
ue in una dictione, siue in duabus,  
raphatur, ut אֲחִיתָפֶל Achitophel.  
Si uerò mouentur (quan-  
doq; enim relatiuè capiuntur) da-  
gessatur, ut בְּצִידָה תִּשִּׁים bezidaha ta-  
sim, In latere eius (arcæ) pones.  
אֵלַי הָבוּ elai tauò, Ad me ueni, id  
est Dormi mecum, hac nocte scili-  
cet: Geneseos xxx. הוּי גוֹי hoi goi,  
Væ genti, &c. Excipiuntur tria,

la בְּגֵר כֶּפֶחַ  
144: 50

*Capit. 1. Littera Bezid caplar in dagessantur quæ  
procedit una ex literis אֲחֵרֵי וְאֲחֵרֵי*

quæ raphantur, ut אֲדֹנַי בָּם adonai  
uam, Dominus in eis. קוֹ תְּהוֹ cau  
thohu, Linea desolationis. שָׁלוֹ בָּהּ  
scaleu uaha, Pacificus in ea.

Sunt præterea & aliæ exceptio-  
nes, sed quia nihil faciunt ad intelle-  
ctum linguæ, tantùm autē ad orna-  
tum legēdi, ideo eas omitto. Nam  
dagesc à principio dictionis, est le-  
ne, & nihil significat, ut infra.

*De potestate literarum.*

**N** Hæc litera Consonans est (de  
uoce enim, ut diximus, non est  
contendendum, at de potentia &  
actu) & si prolationē à puncto sibi  
adiecto distinctam non habet, ut  
in dictione אֶמֶר quæ est bisyllaba.  
Prima syllaba est aleph cū camez.  
Pūctus uocalis apud Ebreos non  
facit syllabam, nisi consonanti ad-  
iūctus sit: ideo aleph est consonās,  
sine qua camez ex se nō faceret syl-  
labam

labam. Apud Græcos enim & Latinos uocales, licet improprie, sunt syllabæ, ut *ἔρως* eros, Amor: quæ uocales per se syllabæ sunt, quod apud Ebreos minimè inuenies. Si-  
*ergo, dicitur non tantum*  
*sed etiam a q. aut.*  
*quod forte uocem*  
*est syllaba.*  
 let hæc literas, quemadmodum & litera *ו*, apud Latinos & Græcos, quia correspondentem eis non habent. Prolationem enim haberent distinctam à uocalibus, si uerterentur, ut *ב* b, *ג* g, *ד* d, &c. Est igitur aleph consonans.

*Haec h. forte dissipat*  
*in ista tua uoce*  
*per d. in g. m. n. a.*  
*ב* cum dagefc, est B, ut *בן* ben, Filius. Cum raphe, idest sine dagès, u consonans, ut *נבון* nauon, Sapiens, prudens.

*ג* cum dagefc, est G forte, quod in principio dictionis nō cognoscitur proferendo, nisi in medio, ut *גֵּר* ger: sine dagefc, g molle, ut *גַּם* gam.

*ד* est D forte, cum dagefc: lene, cum raphe: ut *דָּוִד* Dauid.

n est

*Substantivum* <sup>2</sup>  $\aleph$  est aspiratio lenis, quæ in pe-  
ctore formatur, ualeatq; H latinum,  
ut  $\aleph$  hen, Ecce.

$\aleph$  cum omnibus punctis, est V *Forst.*  
consonans: ut  $\aleph \aleph \aleph \aleph \aleph \aleph$  ua, ue, *Nolite quid*  
ui, uo, uu. Verùm quum reperitur *Sicut ex*  
uirgula quædam similis uau conso- *una pinguetudine*  
nanti, quæ est in alphabeto, cum *non emittit*  
cholem in capite, quæ est o uocalis,  
ut  $\aleph$ , & scurec in uentre, quæ est u, ut  
 $\aleph$ , tunc uirgula illa cū cholem in ca-  
pite & scurec in uentre, nō est uau  
illa quæ est in alphabeto: sed linea  
illa, quam modò raphe in capite li-  
teræ posita appellamus, modò pa-  
thach, modò camez pūctulo ei sub-  
strato, modò macaph coniungens  
dictiones. Sed dum erigitur, curua-  
tur, quo meliùs cholem supra se, &  
scurec in uentre suscipere possit.  
Aduncum enim & curuum nomi-  
nant Ebrei uau, ut legitur Exodi  
cap.





pio dictionis uau & cum scurec & cum alijs punctis semper est consonans & coniunctio copulatiua, non autem uox magna, sed consonans cum scurec mutato à sceua, ob regulam assignatam. Nam duabus de causis uau scurec à principio dictionis non potest esse uocalis. Prima, uau scurec uocalis nō est: uocales enim nunquā ponūtur sine consonantibus: syllaba ex uocali & consonante constituitur: uau scurec in principio dictionis est syllaba. ergo uocalis non est, quia non habet consonantem <sup>in qua syllaba constituitur.</sup> præcedētem. Secunda, uocales nullius sunt significationis: uau scurec in principio dictionis significat, ergo uocalis non est. Est autem ~~coniunctio~~ copulatiua Et. Vocalium est mouere consonantes, non significare.

est Z latinum, non s, ut quidam

<sup>אֶרְצָא</sup> dam, fortasse prolatione decepti:  
ut <sup>אֶרְצָא</sup> crez, Cedrus.

<sup>אֶרְצָא</sup> est aspiratio fortis, ualetq; ch:  
quando autē habet pathach in fine  
dictionis, uox ipsa præcedit aspira-  
tionem, ut <sup>אֶרְצָא</sup> ruach, non rucha,  
Spiritus, uentus.

<sup>אֶרְצָא</sup> est T, <sup>אֶרְצָא</sup> tur, Ordo: non  
th, ut quidam.

<sup>אֶרְצָא</sup> est I consonans semper, nun-  
quam uocalis, ut <sup>אֶרְצָא</sup> iad, Manus:  
siue habeat punctum sub se, siue su-  
pra se, semper est consonans: de cu-  
ius lectione infra dicemus, ubi de  
literis <sup>אֶרְצָא</sup>

<sup>אֶרְצָא</sup> & in fine dictionis <sup>אֶרְצָא</sup> cum da-  
gesc, est c: cum raphe, ch: ut <sup>אֶרְצָא</sup> ca-  
chah, sic. Nec differt à prolatione <sup>אֶרְצָא</sup>  
cum raphe. Et quū finem obtinet  
dictionis aliquando dagescatur, ut  
<sup>אֶרְצָא</sup> arecca, Genes. xij. & in alijs lo-  
cis quoq;.

est

ל est L, ut לא lo, Non.

מ & in fine dictionis מ ualeat M  
 latinum, ut מים maim, Aqua. Se-  
 mel in scriptura mem finale contra  
 usum linguæ in medio dictionis re-  
 peritur, & hoc in dictione למרבה  
 lemarbeb, Ad multiplicandum im-  
 perium eius, scilicet Messia: Iesaiæ  
 nono: quod non caret mysterio, iu-  
 xta Rabbiorum antiquorum au-  
 toritates, de quo hîc non est locus.  
 Locus autem cōtrarius est Neche-  
 miæ secundo, אשר המ פריצים

נ & in fine dictionis נ ualeat N  
 latinum, ut נעמן Naaman.

ס est S simplex latinum, ut סר  
 sad, Nerus.

ע huic literæ nulla Latina litera  
 atque Græca respondet. Quidam  
 putarunt esse aspirationem, & scri-  
 pserunt H, at non rectè. Formatur  
 hæc litera in parte profundiore gut-  
 turis,

turis, cuius uocalē tātūm uertimus non consonantem, ut עמורא Amo-  
rah. Simile iudiciū est (ut suprà di-  
ximus) de litera א ut אדם Adam.

ב & in fine dictionis ב cum da-  
gescualet P: cum raphe, Ph: ut פּר  
par, כּפּ caph. Quum in fine dictio-  
nis ponitur, nunquam dagescatur.

צ & in fine dictionis צ Huic etiā  
quo ad prolationē literæ, nulla re-  
spōdet litera latina: uerū antiqui  
interpretes uerterunt S. Elegantio-  
res autem linguæ uernaculæ oppo-  
nunt geminum zz, ut צצ צצ-  
dic, lustus.

ק ualeat C latinum, non Q, ut  
קמא mac, putredo. Verū cum uo-  
calibus e & i, non pronunciatur, ut  
Latinè cepe, cingo: sed ut caro, cor,  
cursus. Sic de literis caph & gimel.

ר est R, ut רם ram, excelsus.

ש cum puncto in cornu dextro  
est

est Sc, in sinistro S simplex, & tunc  
nō differt à prolatione. ס. Germa-  
ni uerò scribūt ש per sch, ut שלמה  
schelomoh: nos uerò sic, scelomoh.

ת, cum dagesc est T simplex, ut  
תם tam, perfectus. Cum raphe, th,  
ut תם meth, mortuus est. Tan-  
tū de Potestate literarum, & ut  
ad nos ueniunt.

*De lectione sceua.*

**O**Mnium pūctorum seruus est  
& minister sceua. Nunquam  
enim sui iuris est, qui & nunquam  
legitur, niſi quinque de causis.

Primò, legitur à principio dictio-  
nis ſemper, ut בראשית berescith, in  
principio: לדוד ledauid, Davidis,  
ſcilicet psalmus. Secūdo, ſub li-  
tera dagescata in medio dictionis,  
ut דבברו dibberu, loquuti ſunt.

Tertiò, poſt uocales lōgas, ut פקדו  
pacedu, uīſitauerunt: פוקדים poce-

*Secundum regulam, פוקדים poce-*

C

dim, uisitantes. Aduertendum ta-  
men est de uau scurec à principio  
dictionis, quia quum sit coniunctio  
copulatiua Et, non legitur sceua post  
eam, ut supra de uau. Quartò, sub  
litera quæ immediatè duplicat, ut  
הללו halelu, laudate: הנהני hineni,  
ecce ego. Si sceua esset sub secūda,  
non legeretur. Quintò, si duo sce  
uain fuerint in medio dictiōis, pri-  
mum quiescit, & secūdum legitur,  
ut ישמרו ismeru, custodient. Fit  
enim ueluti contractio duarum syl-  
labarum in unam, quando sceua in  
medio dictionis nō legitur, & hoc  
ob decorē lectionis. Addam & sex  
tam regulā, quæ tamē à nobis non  
obseruat, sed à Germanis tantum,  
& hæc est: Sceua anteliteras guttu-  
rales legitur, ut מלאכי Maleachi,  
nos uerò Malachi, unus è duode-  
cim prophetis. Notandū & hoc,

*Id frequenter Ego  
non obseruans hanc  
regulam quia:  
post uau & baw  
non legitur.*

*Schemm plurimum, dissimiliter quæ geruntur hunc  
et sic media dicitur una et alia quæ sunt plurima. Adhuc*

*in fine*

*quædam in fine  
et in fine  
et in fine  
et in fine*

in fine dictionis sceua semper quie-  
scere, & si duplicatum fuerit, & si  
fuerit sub litera dagescata, ut חלה  
halach, ambulauit: ויגה uagieuch,  
& fleuit: וישב uagisb, & captiua-  
uit. Deinde, sceua quâ finem obti-  
net dictionis, nō inuenitur nisi sub  
literis בגר בפת. Excipiuntur tres  
dictiones, in fine quarum sceua est  
sub alijs quàm בגר בפת, ut וישע  
uagiascc, וישע iescct, וישע cosct.

Hæc regula inter alias non asper-  
nenda est: quādo camez fuerit sub  
una litera, & sceua sub sequenti abs-

*et in fine  
et in fine  
et in fine  
et in fine*

que accētū intermedio, uocatur ca-  
mez chatuph: quod & legimus per  
o, tanquam si esset chateph camez,  
ut ערמה ormah, & non aremah,  
astutia: חכמה chochmah, & non  
chachema, sapientia: שמרני scom-  
reni, & non scamereni: לאכלה leo-  
chlah, & non leachelah, ad come-

dendum, siue in cibum. Excipiunt  
 præterita perfectæ imperatiui, & fu-  
 tura passiuæ, in quibus regula non  
 obseruatur, & si uirgula non inter-  
 ponatur, ut פָּקְדוּ pcedu, uisitaue-  
 runt: הִפְקְדוּ hipcedu, uisitemini:  
 תִּפְקְדוּ tipcedu, uisitabimini. Si in  
 alijs dictionibus interponeret ac-  
 centus, nō esset camez chatuph, ut  
 בְּהִבְרֵאם behibaream. Non præ-  
 mittendum est etiam hoc, scēua  
 post uocales longas quādoque quie-  
 scere ob decorē lectionis, ut אֲרִיבִיר  
 oiuau, inimici eius: פִּסְוֹדְנָה pecod-  
 nah, uisitate mulieres: תִּפְקְדְנָה tiph-  
 codnah, uisitabūt & uisitabitis mu-  
 lieres. *De lectione literarū* אֲתִיר  
**S**Vnt præterea quatuor literæ,  
 quæ maximum afferunt impedi-  
 mentū inter legendū, & sunt אֲתִיר.  
 Interdum enim quando non pun-  
 ctantur, leguntur. Quarum litera א  
 in

in medio & fine quiescit, si nō punctatur, ut **פרא** rosc, caput: **פרא** ca-  
 ra, uocauit. Litera **ה** in fine tantū  
 dictionis quiescit quādo non pun-  
 ctatur, ut **למח** lammah, ut quid ē  
**יהגה** ieheggeh, meditabit. Tertia  
 litera est uau, quæ quum habet cho-  
 lem in capite, præcedente conso-  
 nante semper quiescit, ut **דבר** de-  
 uaro, uerbum eius: **קום** com, sur-  
 rexit. Sine puncto uerò semper le-  
 gitur & mouet, ut **דבר** deuarau,  
 uerba eius: **שלו** scaleu, pacificus:  
**פיו** piu, os eius. Quarta litera est  
 iod, quæ in medio dictionis sine  
 punctis semper quiescit, ut **דבר**  
 deuarecha, & non deuareicha, uer-  
 ba tua. In fine uerò similiter quie-  
 scit, ut **אשר** ascre, & nō ascrei:  
**דבר** diure, & nō diurei. Sed si præcedit,  
 unum ex his quatuor punctis legi-  
 tur semper. Puncta sunt camez, pa-

*vau. sine puncto  
 Schirach vel fol  
 Semper legatur*

*iod.*

*iod sine puncto in fine legatur per a C in*

thach, cholē & scurec: ut אֲדֹנָי adonai, dominus, dominator: אֵלַי elai, ad me: גּוֹי goi, gens: אֲשׁוּרִי afui, factus. De his haftenus.

*De literis & syllabis coniungendis, quod Iudæi dicunt Punctare.*

**E**Cce coniunctionis syllabarū forma ob oculos ponimus unius uersus leſaiæ prophetæ, quo marte tuo legēdi modū & citiūs addiſcas, וְיָצָא חֶטֶר מִגֹּעֵי שֵׁשׁ וְנָצַח מִשְׁרָשׁוֹ יִפְרוּחַ  
Sic incipe, וְיָצָא Vau ſceua, ueriod camez, ia: iunge ſimul has ſyllabas ſemper repetendo, ut ſit etiam latino more, ueia: zadi aleph camez, za: ueiaza. (nota, ubi unam ex quatuor literis אהרי inueneris ſiue in medio, ſiue in fine dictionis, ſi non legitur iuxta regulam ſuperiūs annotatam, ſemper coniungitur cum præcedenti litera, deinde profertur uocalis.) חֶטֶר Cheth cholem, cho: teth

teth segol, te: chote: cum resc, cho-  
 ter. וְזַיִן mem chirie, mi: gimel zeri  
 cum dageſc, ge: migge ( dageſc ſem-  
 per geminat literam, tam in ſcriptu-  
 ra צֵי in prolatione ) zain pathath,  
 za, miggeza: cum ain, miggeza ( di-  
 ximus literis א & ו nullam literam  
 latinam correfpondere, ideo ſcribi  
 non poſſunt, earum uerò uocalem  
 tantum uertimus: at litera ו in pro-  
 ferendo auditur in parte profundio-  
 re gutturis, ſcribi uerò non poteſt)  
יִוְדִי iod chirie, i: ſcin camez, ſca: iſca:  
 cū iod, iſcai. Hic duo notāda ſunt:  
 primum, quādo י punctatur chirie  
 non habet prolationē diſtinctam à  
 uocali ſibi ſubiecta, cum alijs uerò  
 ſic: ſecundum, quādo iod ponitur  
 in fine, ſi præcedit una è quatuor  
 uocalibus prædictis, legitur, ut hīc,  
 alioqui quieſcit. וְזַיִן uau ſceua, ue:  
 nun zeri, ne: uene: zadi ſegol, ze: ue

neze: cum resc, uenezer. מִשְׁרֵשׁ יִי  
 mem chirc, mi: scin camez cum da-  
 gesc, sca: missca, res camez, ra: mis-  
 scara, scin iod camez, sca: misscara-  
 sca, cum uau, misscarascau. יִי־iod  
 chirc, i: cum pe & sceua, iph: resch  
 he segol, reh: iphreh. Cape hanc re-  
 gulam, quando aliqua litera pun-  
 ctatur sceua, & sceua non legitur,  
 tūc litera semper profertur, non sce-  
 ua. Illud præterea non omittēdum  
 est, iod quando dageſcat, cum pun-  
 ctis pronuntiari per g, ut גִּי גִּי גִּי גִּי גִּי  
 gia, gie, gi, gio, giu: ut יִיאִמַר uagio-  
 mer, & dixit: יִיאִנִּי uagiuen, & adi-  
 ficauit. Sine dageſc uerò per i, ut  
 יִיאִי יִיאִי יִיאִי יִיאִי יִיאִי ia, ie, ii, io, iu: ut יִידַבֵּר ieda-  
 ber, loquetur. יִיאִמַר iomar, dicet.  
 Haftenus de modo coniūctionis.  
 Nunc uerò exēplum legendi osten-  
 damus, quibus uerbis latinis uer-  
 ba ebraica correfpondeant.

Exem

*Exemplum legendi.*

**I** Esaia capite undecimo, sic de  
Messiah legitur,

misscarascaw uenezzer iscai miggeza choter Veiaza

וַיֵּצֵא חֶסֶד מִגֹּזַע יִשָּׁי וַיַּצֵּר מִשְׁרָשִׁיר

ruach iehouah ruah alau uenachah . iphreh

יִפְרֶה! וְנָחָה עָלָיו רֹחַ יְהוָה רֹחַ

ruach uguurah ezah ruach uuina chochmah

חֲכָמָה וְכִינָה רֹחַ עֶזָּה וְגִבּוּרָה רֹחַ

beirath uaharicho . iehouah ueirath daath

דַּעַת וְיִרְאָה יְהוָה! רַחֲמֵיךָ בִּירָאָה

uelo iscpot enau lemareh uelo iehouah

יְהוָה וְלֹא לְמִרְאָה עֵינָיו יִשְׁפּוּט וְלֹא

bezecdec uescaphat . iochiach oxnau lemiscma

לְמִשְׁפָּט עֵינָיו יוֹכִיחַ! וְשֹׁפֵט בְּצֶדֶק

uehicah-arez leanue bemiscor uehochiach dallim

דָּלִים וְחֹכִיחַ בְּמִישׁוֹר לְעֵנָיו אֶרֶץ וְחֶבֶה-

iamith sephathau uuruach piu besceuet erez

אֶרֶץ בְּשֹׁבֵט פִּיּוֹ וְגִבּוּרָה שְׁפָתָיו יִמִּית

mothnau ezor zedec uehaiah . rasca

רָשָׁע! וְחֵיהַ צֶדֶק אֶזֶר מִתְנַיִ

.chalazan ezor uehaemunah

וְהֶאֱמִינָה אֶזֶר חֲלָצִיו!

Haftenus de ratione & exem-  
plo legendi.

De natu

*De naturali & prima literarum diuisione, iuxta uocum instrumenta.*

**L**iteræ primùm diuiduntur per  
nes naturalia instrumēta prin-  
cipalia, quibus formant̃ uoces, quę  
sunt: guttur, palatum, lingua, den-  
tes & labia; unde quedam guttura  
les dicuntur, & sunt hæ quatuor,  
אחא, quatuor palati קאבא, quinque  
linguales קאבא, quinque dentium  
קאבא, & quatuor labi קאבא.

*Literæ ad  
instrumenta  
scilicet in  
communi*

Et ne quis putet hanc diuisionē ab  
antiquis grāmaticis frustra factam  
fuisse, sciendū est, quòd literæ eius-  
dem exitus & pronuntiationis ali-  
quando permutantur adinuicem.  
Primò ex gutturalibus & ponitur  
loco נ ut פא pro פה hic, אשחלל  
pro אשחלל spoliati sunt. Psalmo  
lxxvi. Quādoq; pro iod, ut ורצתי  
pro ורצתי & cōplacebo me, uel dili-  
gam, à uerbo ורצה Ezech. xliij. Rur-  
sus

sus א ponitur loco א ut חִשְׁיֵי pro  
 אִשְׁיֵי seruabo, scilicet populū meū  
 Israël. ה. Samuel. iij. pro וְשֵׁא ele  
 ua. Hęc permutatio potissimū fit  
 in literis א ח ה י. Iod quoq; ponitur  
 loco ה, ut פִּי pro פֶּה os oris, פֶּרִי pro  
 פֶּרֶה fructus. ה loco ו, ut רְבִרָה pro  
 וְרִבּוֹ uerbū eius. Ex palatalibus,  
 ג in ב, ut גִּנָּה pro בִּנָּה hortus: Psal.  
 lxxx. secundū quosdam. ג iterum  
 in ד, ut וַיִּצְאֵם pro וַיִּצְאֵם Iosue vii. א  
 יא. Ex lingalibus, ה in ט, ut in  
 coniugatione hithpael, וַיִּצְטַרֵּץ pro  
 וַיִּתְּצֵר iustificabimus nos. Et quan  
 doq; in ו, sed tantū in Chaldais  
 mo. Ex dentalibus, ש in ס, ut וְסֵה  
 pro וְשֵׁה Psal. iij. & ש in ש, ut רֶמֶשׁ  
 pro רֶמֶס reptile, Gen. i. רֶמֶשׁ מְרֹחַת  
 pro רֶמֶשׁ מְרֹחַת & tāquam clauis, Ec  
 cles. xij. Ex labialibus, ב in פ, ut  
 גִּבִּי pro גִּבִּי excelsa. Prouerb. ix.  
 Cętera obseruabit diligens lector,  
 nos

nos uerò tātūm specimē dedimus.  
Omitto tamen sentētiam R. Abra-  
ham ben Ezra de huiusmodi litera-  
rum pronuntiatione.

*De duplici dagefc.*

**D**Vplex est dagefc, lene & for-  
te. Lene, locū habet tantūm  
in sex literis בִּגְדִּי בִּגְדִּי & hoc in  
principio dictionis, & post sceua  
quiescens, ut בִּרְשִׁית berescith, in  
principio, יִזְכֹּר izcor, recordabit:  
& nullius est significatiōis. Dagefc  
uerò forte recipiunt literæ omnes,  
præter quatuor gutturales & resc,  
uidelicet אהער Et semper ali-  
quid peculiare significat: non tamē  
habet locū in principio dictionis,  
neque post sceua quiescens, quod  
propriū est dagefc lenis. Primūm  
indicat defectum literę nun, tam ra-  
dicalis quā seruilis, & literæ iod  
in principio dictionis, & præsertim  
secun

*nos q. uili aspi-  
ramus.*

*Dagefc forte for-  
tissimè hanc et  
si aut for-  
tissimè.*

secūda radicali existēte ך, & lamed  
in solo uerbo לָקַח, ut אָפּוּל pro אֶפּוּל  
cadam, אָפּוּל. אָפּוּל pro אֶפּוּל uisita  
bor: אָפּוּל אָפּוּל & collocauit, אָפּוּל fun  
dam, אָפּוּל. אָפּוּל gyrauit, אָפּוּל. אָפּוּל  
accipiam, אָפּוּל. Secundò, est si  
gnum cōiugationis piel, & pual, &  
hithpael, ut אָפּוּל recēsuit, אָפּוּל recen  
situs fuit, אָפּוּל אָפּוּל uisitauit se. Requi  
runt enim hæ cōiugationes mediā  
dagescatā. Tertiò, quum fuerint  
duæ posteriores literæ radicales si  
miles, media deficiente per synco  
pen altera dagescatur, ut אָפּוּל pro  
אָפּוּל circūdedisti, אָפּוּל. Quartò  
n articularis uel demonstratiua da  
gescat literam sequentē dagescabi  
lem, ut אָפּוּל uerbum, uel illud uer  
bum: quæ litera quandoq; capitur  
pro aduerbio uocandī ō, ut אָפּוּל ō  
generatio. Quintò, uau hippuch  
quum uertit futurum in præteritū  
dage

dagescat tertiam & secundā literas  
 futuri, ut וְיֹאמֶר & dixit: וְיֹאמְרָא &  
 dixisti. Excipiūtur futura coniuga-  
 tionis piel, at non semper, ibi lege.  
 Sextò, quando ה fuerit tertia radi-  
 calis, & accesserit ad augmēta præ-  
 teriti הָ הִי הָ הִי הָ tunc ה radicalis  
 abijcitur, & ה augmentū præteriti  
 dagescatur, ad repræsentādum ter-  
 tiam radicalem ה, ut שָׁבַתָּה pro שָׁבַתָּ  
 quieuiſti. Septimò, quando ה &  
 ט cōueniunt in coniugatione hith-  
 pahel, signatur ה per dages in ט, ut  
 הִטְמָאָה pro הִטְמָאָה polluet se. Idē si  
 uenerit apud daleth & iod, ut Psal.  
 xliij. אֶתְּרַדָּה pro אֶתְּרַדָּה hoc est  
 אֶתְּרַדָּה incedam, pro incedebā cum  
 eis, scilicet ad templū. & Gen. viij.  
 וַיִּתְחַלּוּ pro וַיִּתְחַלּוּ & expectauit: & li-  
 tera iod camezatur, quia ה ain ha-  
 poal dageffari non potest. Octa-  
 uo, litera dagescatur multoties, eu-  
 phonix

phoniæ gratia, teste R. David in Michlol, ut תרל"ה cessauerūt: lud. v.

שֶׁבֶט sanctuarium: Exo. xv. et in

alijs locis. Nonò, literæ ך et ך in

aliquibus locis recipiūt dageſc, ut

Exech. xvi. שֶׁבֶט umbilicus tuus, et

1 Reg. x. תִּרְאֶינָם num uidistis? et 1

Reg. i. תִּרְאֶינָם. Et ך quatuor in lo-

cis (ait R. David in Michlol) dage-

ſcatur. Gen. xliij. וַיָּבִיאוּ et adduxe-

runt. Ezræ viij. וַיָּבִיאוּ et attule-

runt nobis. Leuit. xxiij. תָּבִיאוּ affere-

tis, et Job xxxij. לֹא רָא non fuerūt

uiſa. Notandum eſt, quando da-

geſc indicat defectū literæ, ſemper

indicare literam præcedētem abie-

ctam, nūquam uerò ſubſequētem.

Contrà, uocales longæ ſemper in-

dicant literam ſubſequentem quie-

ſcere, non autem præcedentē. At li-

teræ quieſcētes in uocibus magnis

ſunt אהרי et aliquādo nun et iod,

ſed

sed impropriè, ut in uerbis dicetur.  
 Hæ literæ אהה explicite uel im-  
 plicite sæpissimè sequuntur uoces  
 magnas, & nunq̃ ueniunt post uo-  
 ces paruas, præter segol, ut אהה  
 reuelabo: רבירב uerba tua: explici-  
 te, ut חמה sol: implicite, ut קס. *והוא*

*De commutatione uocalium magna-  
 rum in uocales paruas ו da-  
 gesc, ו e contra.*

**S**Æpe cōmutantur uoces magne  
 in uoces paruas et dageſc, ut pro  
 קדשה קדשה sanctificata & mere-  
 trix, pro צדדים צדדים flores: nam æ-  
 quiualet uox parua cum dageſc uo-  
 ci magne. Vox breuis & dageſc cō-  
 mutantur in uocem magnā, & præ-  
 fertim quando dageſc in אהה  
 signādus est. Non enim sunt susce-  
 ptibiles dageſc, ideo dageſc & uox  
 parua præcedens, commutantur in  
 uocem magnam, ut מאדם ab homi-  
 ne,

ne, בִּרָה benedixit. Nam scribendū  
 erat, בִּרָה & מִצָּרִים sed regula pro-  
 hibet, ideo fit mutatio uocis parue  
 & dagesc in uocem magnā, ut infrā  
 in grammatica declarabitur. Com-  
 mutatio uocalium hoc modo fit:  
 Dagesc & pathach commutantur  
 in camez: dagesc & segol, dagesc &  
 chiric parū in zeri: dagesc & cha-  
 teph pathach in cholem: dagesc &  
 cibuz in uau scurec.

*De altera literarum diuisione & ea-  
 rum usu, & quomodo seruiunt,  
 & puncto notantur.*

**E**X uingitiduabus literis unde-  
 cim sunt perpetuò radicales, <sup>nec unquam aliter</sup>  
 hoc est, de radice & substantia di-  
 ctionis, & sunt חֵסֶד סֶפֶר יָעַץ צָדִק. Alię  
 undecim, & radicales & seruiles  
 esse possunt, & harum signum est,  
 מִשְׁחָה בָּהֶם אֵלֶינָה, de quarum ministe-  
 rio nunc agēdum est. Ex his igitur

**D**

undecim seruilib. quatuor in principio dictionis tantū seruiunt, quę sunt אֶלֶף שׁ. Reliquę uerò septem מֶה בְּחֵי in principio & fine. Ceterum literę, quę seruiunt in principio uerbis & nominibus & dictionibus consignificatiuis, sunt istę, מֶשֶׁה וְכֶלֶךְ de quarū officio primū tractandum est, postea de reliquis.

*Litera seruientis a principio punctatur* מ <sup>a principio</sup> primo deseruiens punctatur chiric sequente dagefc, ob defectū literę nun. Nam hęc dictio מן præpositio est, à, ab, de, ex, post, postq̃ & c. Et quando componitur cum dictione sequenti <sup>si bene sit appropinquat</sup> abicitur nun, ut מֶזֶה pro מוֹרֶה de uia. Si uerò sequitur una ex אֶה עֶר punctatur <sup>si bene sit appropinquat</sup> zeri, ut מֶעוֹלָם à seculo. Quum tamen & aliquādo habēt chiric, ut מֶחֶט ex filo, מֶרֶה à persequendo. Et sic cum ה sceuato, ut מֶהֶיָה ab esse, id est ne esset. Et si post מ uenit

iod

<sup>cap. 51 / dicitur ad: / ponitur / hinc</sup>  
 iod sceuatū, quiescit iod ( ut infrā )  
 ut מִי־יִחְיֶה de Iudah. Et pro postq̃,  
 Num. xxiiij. הֲיִי מִי־יִחְיֶה מִשְׁמַר אֵל  
 idest, heu quis uiuet postquā po  
 fuerit uel fecerit illud ( scilicet quod  
 sequitur ) deus. De strage enim Ro  
 manorū per diuersas orbis partes  
 facta intelligit, idest nullus effugiet  
 diem Domini, &c. Porro inter cæ  
 tera significata capit̃ pro aduerbio  
 augmentis, magis, plus, quā: ut me  
 lior est sapientia מִי־אֵד auro, uel q̃  
 aurum. Carent enim Ebrei compa  
 ratiuo gradu, & ideo circūloquun  
 tur per hanc literam מ: carent simi  
 liter superlatiuo, loco cuius utūtur  
 dictione מִי־מִי uehemēter, ualde. Et  
 quandoq̃ geminant illam hoc mo  
 do מִי־מִי ualde ualde, idest ue  
 hementissimē. Deseruit insuper מ  
 participijs cōiugationū piel, pual,  
 & hithpael in principio, ut ibi. Ad-

ditur etiam nominibus, ut מַלְכָּא for  
 nax. At de hoc suis in locis dicetur.  
 Quomodo uerò à fine deferuiat, in  
 tractatu de Affixis explicabitur.

וּ ponitur uice וְ qui, quæ,  
 quod, quia, quòd, & uice propter.  
 Et communiter punctatur cum le-  
 gol, ut וְאִנִּי quod, ego. Et dagescat  
 literam sequentem dagescabilem, ut  
 וְשֶׁשֶׁשׁ quod irradiauit me sol. Et  
 si sequatur gutturalis, nulla fit mu-  
 tatio. Punctatur etiã cum pathach,  
 camez, & sceua, ut וְשֶׁשֶׁשׁ quod sur-  
 rexi, וְאַתָּה quod tu, Iudic. sexto.  
 וְשֶׁשֶׁשׁ quod ipsi. Eccles. iij.

in uno modo constituit coniuga-  
 tiones hiphil, ut הִפְקִיר præfecit uel  
 constituit: hophal, ut הִפָּס consti-  
 tutus fuit: hitphael, ut הִתְפַּק uisita-  
 uit seipsum. Et nomina quoque, ut  
 dicemus in tractatu de nominibus.  
 Ponit etiam in fine imperatiui, infini-  
 tiui

tiui & futuri, ut <sup>לרצוה</sup> surge, <sup>אשמה</sup> ad lauandum, <sup>אשמה</sup> laetabor. Est  
 praeterea <sup>amale</sup> demonstratiuum, quod <sup>amale</sup> di-  
 citur <sup>אשמה</sup>, ut est articulus apud  
 Græcos. Et iunctum literis <sup>אשמה</sup>  
 camezat, ut <sup>אשמה</sup> uir, <sup>אשמה</sup> caput.  
 Sed iuxta <sup>אשמה</sup> interdum pathacha-  
 tur, ut <sup>אשמה</sup> halin, mea <sup>אשמה</sup> quædã,  
<sup>אשמה</sup> bitumẽ, <sup>אשמה</sup> cæci. Et quan-  
 doq; <sup>אשמה</sup> camezatur præter regulam, ut  
<sup>אשמה</sup> mons, <sup>אשמה</sup> acus. Et quãdo  
 gutturalis est camezata, <sup>אשמה</sup> interdũ  
 segolatur euphonie gratia, ut <sup>אשמה</sup>  
 musca. Non uenit <sup>אשמה</sup> notificatiuum  
 iuxta nomina propria, sed tantũ  
 iuxta omnes <sup>אשמה</sup> nominũ species: quod  
 autẽ dicitur <sup>אשמה</sup> est nomen appel-  
 latiuũ: & sic <sup>אשמה</sup> pro <sup>אשמה</sup> me-  
 nascita, est enim nomẽ gentile. No-  
 ta quod <sup>אשמה</sup> demonstrans preponitur  
 & adiectiuo & substantiuo simul,  
 ut <sup>אשמה</sup> populus iste, <sup>אשמה</sup>

feruus Ebreus, חרעה הגדולה הואת  
 malum grande hoc: & si post ה se-  
 quitur litera dagescabilis, dagescat-  
 tur, nisi sit cum sceua, ut הַחֶבֶר uer-  
 bum, הַחֶבֶר qui cooperit, הַחֶבֶר ui-  
 uens. Excipitur הַחֶבֶר rana. Et si  
 post iod fit gutturalis, ut plurimū  
 dagescatur, ut הַחֶבֶר laffi, הַחֶבֶר  
 Iehudæus. Excipitur הַחֶבֶר riuus.  
 Est pretereā interrogantis & ad-  
mirantis ad uerbum, an, nunquid.  
 utrum, si, &c. eiusq; pūctus est cha-  
 teph pathach, uel segol, si guttura-  
 lis sequens fuerit camezata, & hoc  
 leuandi causa, ut הַחֶבֶר nunquid  
 iudex? הַחֶבֶר nūquid fuit? Et si gut-  
 turalis non fuerit camezata, patha-  
 chatur, ut הַחֶבֶר nūquid auis? Quan-  
 doq; recipit segol, ut הַחֶבֶר nūquid  
 ego? Hæc litera iungit cum dictio-  
 ne הַחֶבֶר, ut הַחֶבֶר nunquid? Et cū מַה ut  
 הַחֶבֶר num de arbore? Et si addit לַה  
 confir

confirmantis est, ut תלך nōne.  
Admittit quoq̃ post se literā serui-  
lem cū dageſc, quod non facit de-  
monſtratiuum, ut תבמחני num in  
caſtris. Quum uerò ponitur in fine  
diſtionis uice ל, dicetur in tractatu  
de literis heemanticis.

ו est coniunctio copulatiua &  
& præterquā<sup>quid</sup>m copulat, uertit præ-  
teritum in futurum, & ecōtra, ut in  
uau conuerſiuo dicemus. Capitur  
etiam ו copulatiuū uice, uel, ſuper,  
quantomagis, & pro ל, nunquid,  
quum, ſi, antequā, poſt, ut, ne, for-  
tè, quia, in. Et quandoq̃ redundat,  
ut inquit R. David ſuper Ichof. ca-  
pite 1. Et punctatur cum omnibus  
ſimplicibus uocalibus, præterquā  
cum cholem & cibuz. Cōmuniter  
enim pūctatur cum ſceua, ut ויעלה  
& folium (pro folia) eius. Sed iuxta  
literas ſceuatas & ביעה ſceua uertit

וְהָיָה כִּי יִשְׁמַע ה' אֶת הַקּוֹל אֲשֶׁר יִקְרָא וְיִשְׁמַע ה' אֶת הַקּוֹל אֲשֶׁר יִקְרָא  
 וְיִשְׁמַע ה' אֶת הַקּוֹל אֲשֶׁר יִקְרָא וְיִשְׁמַע ה' אֶת הַקּוֹל אֲשֶׁר יִקְרָא  
 וְיִשְׁמַע ה' אֶת הַקּוֹל אֲשֶׁר יִקְרָא וְיִשְׁמַע ה' אֶת הַקּוֹל אֲשֶׁר יִקְרָא

56

in scurec, ut יִבְרָרָה & mel, & יִבְרָרָה  
 in uia, & מוֹשֶׁה & Mosceh, & מוֹשֶׁה  
 Vasti regina, & פַּרְעֹה & Pharoh. Si  
 uenerit ad iod sceuatum, ambo mu-  
 tantur in unū chiric, ut יִחְרֹרָה & יִחְרֹרָה  
 & lehudah. Et si iungatur monosyl-  
 labo, aut dictioni longæ (longa di-  
 citur quando accentus est in penul-  
 tima) camezat, ut יִשָּׁר & ultra, יִשָּׁר  
 & iniquitas. Simile iudicium est de  
 litera ל ut לֵהָא ad dandum, לֵהָא ad  
 reuertendum, לֵהָא ad pariendum,  
 לֵהָא ad eūdum. Et iuxta literas gut-  
 turales chatephatas pūctatur pun-  
 cto simplici, ut יִעֲבֹרִים & serui, יִעֲבֹרִים  
 & ueritas, יִעֲבֹרִים & nauis. Regula ge-

neralis est, literas præcedentes gut-  
turales chatephatas punctari pun-  
ccto simplici, ut יִעֲשֶׂה faciam, יִעֲשֶׂה  
 faciet, & c. Hæ quatuor literæ וּבִלְבַּד  
 iunctæ dictioni אֵלֶּיָּהּ punctantur  
 zeri quiescenti, ut וּבִלְבַּד אֵלֶּיָּהּ

וּבִלְבַּד אֵלֶּיָּהּ  
 וּבִלְבַּד אֵלֶּיָּהּ

וּבִלְבַּד אֵלֶּיָּהּ  
 וּבִלְבַּד אֵלֶּיָּהּ  
 וּבִלְבַּד אֵלֶּיָּהּ

בְּאַלְחִים לְאַלְחִים בְּאַלְחִים euphoniae

gratia. Iuxta uerò nomen יְהוָה ha-

bēt pathach quiescēte iod, ut יְהוָה

uahouah, siue ut proferunt Iudaei

superstitiosi, uadonai, בִּיהוָה בִּיהוָה

לִיהוָה. At quando litera uau in fine

seruit, est affixū, ut infra dicemus.

Semper uerò à principio dictionis

est copulatiuum. Hinc igitur est,

quòd uau nunquam radicale est in

principio neq; in fine dictionis, sed

tantū in medio.

כ interdū est aduerbiū similitudi-

nis, ut כַּשִּׁיעָלִים sicut uulpes, quādo-

q; pro circiter, quasi: ut כַּעֲשָׂרָה cir-

citer x milia uirorū. Est etiā tēpora-

le aduerbiū, ut כַּמִּשְׁיב quū retraxit,

s. manū suam. Est etiā כ affirmatiuū,

& ueritatis expressiuum, profectò,

certè, uerè, ut Iesa. i. כַּמֶּעַט profectò

paruas. s. reliquias. Nehe. vii. כֹּאִישׁ

כֹּהֵן uerè uir fidelis, & Dan. vii. כֹּבֵד

יוד - יחידה מילת  
הא - ה' פועל  
ה' - ה' + ה' = ה' + ה' = ה'

אֵשׁ uerè filius hominis. Sic capitur  
illud Ioan. I. Et uidimus gloriã eius  
uerè, non quasi, unigeniti. Quomo-  
do autem à fine seruit, suo loco di-  
cetur. Punctatio huius literæ & ל, in  
litera beth dicet. Nam hæ tres li-  
teræ כ ל ב eodẽ modo punctantur.

ל est signũ datiuĩ & genitiuĩ, &  
hoc quando possessiuè capitur, ut  
לִּי uoci, לְנַפְשִׁי animæ meæ, מִמְּוֹרַי  
psalmus Dauidis. Quomodo  
autem cõponitur cum Pronomini-  
bus, in ipsorum tractatu dicemus.  
Capitur hæc litera ל, pro ad, in, ut,  
propter, post, ab, ex, pro, usq; usq;  
ad, sup, apud, iuxta, sicut, quasi, &c.

כ pro prepositione capitur, à, ab,  
ex, de, in, quũ, usq; super: ut בְּמִדְבָּר  
in deserto: quandoq; significat lo-  
cum & tempus, ut בְּחֹדֶשׁ in mense:  
בְּצֵאתָם quãdo egressi sunt ex Ægy-  
pto. Cætera uerò significata obser-  
uabit

uabit diligēs lector. Porro puncta-  
tio harum trium literarum ב ל ו ta-

lis est: communiter punctatur cum  
sceua, ut בְּרַבְר לְרַבְר בְּרַבְר. Si uerò ac-  
cesserint ad literam sceuatam, pun-

ctatur chiric, ut בְּשָׁמִי לְשָׁמִי בְּשָׁמִי  
in nomine meo, mutato primo sce-  
ua in chiric. Si ad iod sceuatam, am-  
bo sceua in mutatur in unum chiric

quiescente, ut יְחֻדָּה בִּיחֻדָּה לִיחֻדָּה, *לחידה*

&c. Si uerò ad gutturales chate-  
phatas, punctantur puncto simpli-

ci, ut בְּחָרִי לְאֵיִל בַּעֲבָרִים sicut serui,  
stulto, in ira. Excipit nomen אֱלֹהִים

iuxta quod habent zeri quiescente  
aleph, & iuxta nomen יְחֻדָּה habent

pathach, ut diximus in litera uau.  
Habent præterea hæ literæ à prin-

cipio dictionis in potētia *affixione* n demon-

stratiuū, quo excluso, eius puncta-  
tionem sibi assumunt, ut בְּמֹרָא pro

לְחֹמֶרָא sicut gluma, לְאֵרָא pro

ipsi



custodiuit eum, שׁמַרְתִּי custodiuit  
me, &c. Huiusmodi ergo literas  
uel syllabas affixa simplicia appella-  
mus. Sunt enim primæ, secundæ &  
tertiæ personæ.

*Affixum primæ personæ,  
communis generis.*

Iod à fine dictionis affixum est  
primæ personæ singularis numeri,  
cōmunis generis, meus, mea, mei,  
me, &c. ut quum רַבִּי uerbum, רַבִּי  
uerbum meum. Nota, quando iod  
habet ante se chiric, semper nomen  
cum quo iūgitur est singulare; si au-  
tem præcedit pathach, est plurale;  
ut רַבִּי uerba mei, id est mea. Sem-  
per enim iod est singularis numeri.  
Cū uerbis, ut שׁמַרְתִּי custodiēs me,  
שׁמַרְתֶּם custodiētes me. Verū in pre-  
teritis, imperatiuis, atq; futuris, uti-  
mur syllaba י in loco simplicis iod, ad  
differentiam terminationis foemi-  
næ,

ne, ut à **שְׁלַח** misit præter, **שְׁלַח** mi-  
sit me. Imperatiuus **שְׁמַרְנִי** custodi  
me. Futur. **שְׁמַרְנִי** custodies me.

2) Eius uerò plurale est syllaba fine dageſc in nun, ut נִבְרַנָּה uerbum noſtrorū uel noſtrarum, iſeſt noſtrū. Et nota, quādo præcedit iod cū ze-ri, nomen eſt plurale, ut נִבְרַנָּה uerbanōſtra, שְׁמִרְנָה cuſtodiuit nos.

*Affixum secundæ personæ  
masculini generis.*

7 quando seruit (a fine dictionis)  
 cum camez est affixū secundæ per-  
 sonæ masculini generis, singularis  
 numeri, Tu, te, tibi, &c. ut 7ברך uer-  
 bum tuū, 7בריי uerba tui, idest tua,  
 7שמרוך custodient te. Quandoq;  
 additur ה ut באכה ueniente uel in-  
 grediēte te. Eius plurale est syllaba  
 7ם uos, uestrū, uestri, ut 7ברכם uer-  
 bum uestrorū, idest uestrū, 7ברייכם  
 uerba uestra, שלחכם misit uos.

## Affixum

*Secundum vix multa dicitur  
huiusmodi hinc b. sic de  
et vix.* Affixum secundæ personæ  
fœminini generis.

ה cum sceua (quando seruit) est  
affixum secundæ personæ fœminini  
generis singularis numeri, ut דְּבָרָה  
uerbum tuum, דְּבָרֶיךָ uerba tuæ ō  
mulier, idest tua, יִשְׁמְרוּהָ custodi-  
ent te. Eius plurale est syllaba כֹּן, ut כֹּן  
דְּבָרֶיךָ uerbum uestrarum, idest ue-  
strum, יִשְׁמְרוּכֶן uerba uestra, יִשְׁמְרוּכֶן  
custodient uos ō mulieres. קו

*Affixum tertiæ personæ  
masculini generis.*

ו in fine cū cholem, aut omnino  
sine puncto, est affixum tertiæ per-  
sonæ masc. gen. singul. num. eius,  
ei, eum, &c. ut דְּבָרָו uerbum eius.  
Quandoq; ה est loco ו ut דְּבָרָה uer-  
bum eius, דְּבָרָיו uerba eius. Nota,  
quando præcedit iod cum camez  
nomē est plurale. שְׁמַרְוָה custodiuit  
eum, uel שְׁמַרְתָּה addito ה & cholē  
uerso

to be sent to  
Perry in working  
order for the  
land. Amos.

foeminini generis.

הו

De

**T**Radunt Rabini, tres tantū esse  
 partes orationis: uidelicet **שם**  
 nomen, **ל** uerbū: ex quo partici-  
 pium: & **מלה** dictio. Per millah di-  
 ctiones adsignificātes intelligunt,  
 pronomina scilicet, prepositiones,  
 coniunctiones, aduerbia, & interie-  
 ctiones: quibus pronomē nōnulli no-  
 men occultū appellātes (**שם** enim  
 i. pronomen, à uerbo **ב** descēdit.  
 quod est cognominare, siue nomi-  
 ne occulto appellare) cōnumerent  
 inter nomina, eo q̄ genus & nume-  
 rum habeat, atq̄ loco nominis po-  
 natur. Primū igitur de Pronomine  
 (necessitatē intelligētī sequimur,  
 non uerborū ordinem) siue affixo  
 composito uel separato: secūdò de  
 uerbo: tertio de nomine: postea ue-  
 rò de reliquis partibus dicemus,  
 quas alij cōsignificatiuas, nos adsi-  
 gnificantes interdum appellamus.

## DE PRONOMINE.

Plu

Plur. אֲנֵינוּ & אַתְּנֵנוּ abiecto aleph,  
& per syncopā אַנֵּנוּ. Vbiq; in plurali  
syllaba נו est affixū primæ personæ  
plural. com. gen. Syllabæ uerò ad-  
iunctæ signa sunt casuum. Nos.

שְׁלָנוּ

Nostrum.

לָנוּ

Nobis.

אֲנֵנוּ

Nos.

בְּאֵנֵנוּ

à Nobis.

Pronomen secundæ personæ mascu-  
lini generis, singul. & pluralis num.

Singul. אַתָּה cum accentu in ulti-  
ma, & in penultima אַתָּה Tu.

שֶׁלְּךָ, & est affix. simpl. secundæ  
personæ mas. gen. sing. num. Tui.

לְּךָ & in soph pasuc & athnach לְּךָ  
& cum additione הָ לָכָה Tibi.

אֲתָכָה & adiecto הָ אֲתָךְ Te.

בְּאֵתָךְ

Ate.

Plural. אַתְּמֵם Vos.

שְׁלָכֶם, & est plur. & Vestrū.

לָכֶם

Reg. A Pronomini. affix. Vobis.

is & dicitur oblique separati,  
ut in p'sim articulis. E ךְּ

אתכם

Vos.

מִכֶּם &amp; per sync. מִכֶּם Auobis.

*Pronomen secundæ personæ fœmini  
nini gener. singul. & pluralis numeri.*

Singularis, את Tu mulier.

שלך, ה est affixum simpl. secundæ  
personæ fœminini gen. Tui.

לך

Tibi.

אתה

Te.

מִמֶּךָ

à Te.

Plur.

אתם

Vos.

שלכם, ה affix. est plur. ה Vestrū.

לכם

Vobis.

אתכם

Vos.

מִכֶּם &amp; per sync. מִכֶּם Auobis.

*Pronomen tertiæ personæ masculini  
generis singular. & pluralis numeri.*Sing. הָאָה litera aleph uacat, idest  
nihil ad significationem attrinet, te-  
ste rabbi David in lehof. Ille.שלו uau affixum est simplex ter-  
tiæ personæ masc. sing. Illius.

לִּי

Illi.

אוֹתוֹ

Illum.

מִמּוֹ

ab illo.

Plur. הֵם &amp; cum הוּא, הֵם Illi.

שֶׁלֵּהֶם, הֵם affix. est plur. וְ Illorū.

לִמּוֹ &amp; לָהֶם Illis.

Nam בּוֹ affixum est cōpositum ex *Haec nō est Grammatica*sing. וְ & eius plur. בָּ. & hinc est q̄ *affixum est p̄ hanc*

modò sing. modò plur. accipitur.

אוֹתָם &amp; אוֹתָם Illos.

בָּהֶם ab illis.

Pronomen tertiæ personæ fœmininī  
generis singul. & plural. numeri.

Sing. הִיא &amp; הִיא Illa.

שֶׁלָּהּ, cum mapic præcedente -

est affix. simpl. 3. pl. sing. fœ. Illius.

לָהּ Illi.

אוֹתָהּ Illam.

מִמּוֹהָ ab illa.

Plural. הֵנָּה &amp; הֵנָּה Illæ.

שֶׁלָּהֶן, est affix. simp. pl. הֵן Illarū

לָהֶן Illis.

אֵלֶּם, & אֵלֶּם cum ה, אֵלֶּם Illas.

מֵהֶם & מֵהֶם

ab illis.

*ש' relinquitur  
affixum*

*pag. 78* Sunt præterea & alia quædam  
pronomina, sed indeclinabilia, vi-  
delicet אֲנִי qui, quæ, quod, utrius-  
que generis numeri & cuiusvis ca-  
sus, הָ Iste, masc. Et foem. הִיא atq;  
וְ & הִיא ista: הֵן & הֵן iste: הֵם &  
הֵם illi, isti, illæ, istæ, pluralis com-  
munis generis: עַצְמִי ipsemet.

*Pronomina  
pr. est,  
& sunt.*

Notandum est, quòd sæpissimè  
utimur pronomibus tertiæ per-  
sonæ tam masculini quàm foemini-  
ni generis, utriusque numeri, pro  
verbo Est, & Sunt: ut הוּא ille, הֵם  
illi, הִיא illa, הֵן ille, pro est, & sunt.  
De pronomibus hæctenus.

#### DE VERBO.



Erbū ab Ebreis מַעַל di-  
citur, quod apud nos a-  
ctionem significat: nam  
per id omnē actionē ex-  
primi

primimus. Diuidunt̃ omnia uerba  
 à grāmaticis in פועל עומד idest in  
 uerbum stans, hoc est neutrū (quo  
 ad formā & radicē) & in פועל יוצא  
 idest in uerbum egrediens, hoc est  
 transitium. Neutrum, ut הלך iuit,  
 עמד stetit, & alia his similia: transi-  
 tium, hoc est actiuum, ut ביקר uisi-  
 tauit, שמר custodiuit, &c.

Fit rursus & alia diuīsiō. Verbo-  
 rum quædā sunt שלמים idest perfe-  
 cta: quædam חסרים defectiua: quæ-  
 dam נחים quiescentia: & quædam  
 כפולים duplicata. Hæ species uer-  
 borū, classes seu ordines appellan-  
 tur. Porro uerborum quiescētium  
 tres sunt species. In summa igit̃ uer-  
 borū omniū sunt sex ordines, siue  
 species: prima species perfectōrū,  
 secunda defectiuorū, tres quiescen-  
 tiū, sexta duplicatorū: quas omnes  
 per ordinem suis in locis declarabi

mus. Hæc regula primùm memoria mandanda est, Omne uerbum & nomen quoq̃, tribus tantùm literis radicalibus constare: & quæ prædictum excedunt numerum, (quanquam sunt pauca) aut composita sunt, aut peregrina & barbara, non autem Ebraica. Præterea omnes aliæ literæ ad caput, uel ad calcem appositæ, seruiles uocantur: deinde uocabuli originem שׁוּרֵשׁ, idest radicem appellant. Porro denominant literas cuiuslibet radicis à tribus literis huius uocabuli לֵעַל, primam scilicet uocantes literam cuiuscunque radicis לֵעַל הֵעַל, secundam עֵין הֵעַל, tertiam uerò לֵבַיִת הֵעַל.

His igitur uisis, de prima uerborum specie dicendum est.

**V** *De uerbis perfectis.*  
 Erba perfecta dicuntur, quorum

rum nulla litera ex tribus radicalibus amittitur, uel quiescit in fleſcendo, ut שמר custodiuit, שמר custodi, שמר custodiam. Vel dicuntur perfectæ, in quibus non est una literarum אהי, nec est nun prima radicalis: hoc est, quòd prima radicalis non fuerit, א, י, ך, & ל in uerbo לקח: media uerò ו, uel ה: tertia א, uel ה. Hæ enim literæ uel deficiunt, uel quiescunt: ut infra patebit.

Coniugationes huius ordinis sunt septem. Actiuæ tres, quæ parentes dicuntur, & sunt **לִפְעָל** quæ **לִפְעָל** id est leuis dicitur, **לִפְעָל**, & **לִפְעָל**. Tres passiuæ, id est proles appellatæ, quæ sunt **לִפְעָל**, **לִפְעָל**, & **לִפְעָל**. Septima uerò actiua passiuæ, hoc est, retransitiua, & reciproca, ut suo declarabitur loco, & uocatur **לִפְעָל**. *Discrimin. coniugationis uocalib. & lib. in principio. In fine &*

Discernitur con i gationes vocalib. & libris claudu: sunt  
in principio. In fine & omni gnis: eadem  
in fine quae ad tempus, prosonas & minores, sunt  
sunt sunt unum tunc et collata in fine. Hec.

*Explicatio uocabulorum ad uerbum pertinentium.*

Coniugatio ab Ebreis uocatur **בִּינְיָן** idest ædificium; ut enim ædificium diuersis constat partibus, uelut fundamento, tecto, parietibus, &c. itidem binian, idest uerborum coniugatio, conficitur diuersis partibus, ut præterito, præsentī, & futuro, personis, numeris, atque generibus, masculino scilicet & foemino.

Sex sunt tēpora, quibus actiones omnes exprimimus, nēpe **עָבַר** præteritum, **בֵּינְיָן** intermediū, quia medium est inter præteritum & futurum, nam ex præterito & futuro cōponitur: nos uerò Participium præsens appellamus: **פָּעִיל** participium passiuū præteritū: hoc enim cōponitur ex præterito & præsentī, ut in eius tractatu dicemus: **מִקְוֵה** infinitiuus, hoc est uena, fons, ut in

frà

frā: צווי imperatiuus; etsi hæc duo, ר  
 modi potius, ut sunt, dicēdi essent,  
 ut Ebreis essent quatuor tempora  
 & modi duo: עתיד futurū. Quidam ר  
 autem grammatici uocāt futurum  
 has quatuor literas congestas איתן  
 eo quòd sunt signa futuri: alioqui  
 dictio איתן fortem significat. Duo  
 sunt genera, זכר masculinū, נקבה fœ  
 mininū. Numeri duo, יחיד singula  
 ris, רבים pluralis. Personæ sunt tres:  
נכח presens, hoc est secūda persona:  
מזכיר בעצמו absens, idest tertia:  
מזכיר בעצמו quæ per se loquit̃, idest prima per  
 sona. Quæ uerò de sex tēporibus,  
 duobus generibus, numeris, & per  
 sonis diximus, hæc ubi locū habēt,  
 non ubiq̃, quod lectori haud ob  
 scurum erit, intelligere uolumus.

*De augmentis omniū præter. perfc.*

Omnia præterita uerborum om  
 nium cuiuscūq̃ sint generis & con  
 iuga

iugationis admittūt ad calcē quas-  
dam literas, uel syllabas (sunt enim  
hæ פִּקְחִי ) quibus personæ gene-  
ra, & numeri dignoscuntur. Nam  
Ebrei incipientes flexionē suorum  
uerborum à præterito perfecto &  
tertia persona singulari mascul. nu-  
dam tam à fronte, תָּפֵן à calce profe-  
runt ipsam tertiam personā absque  
omni augmēto, ut פִּקַּח uisitauit uir,  
פִּקַּח שְׁמִירָה custodiuit, &c. Cæteris uerò  
personis augmenta sunt addita, ut  
פִּקַּחְתָּ uisitauisti, פִּקַּחְתִּי uisitaui, &c.  
Incipiunt ergo à tertia persona præ-  
teriti masculini generis, quæ tribus  
constat literis tantū, quæ & שִׁוְשִׁי  
idest radix dicitur, cui nihil additū  
est nulla ex parte, ut פִּקַּח. Cæterū  
literæ uel syllabæ, quæ radici addū-  
tur, augmenta sunt, & sunt hæc:

Radix enim hæc est,

פִּקֵּר uisitauit ille uir, tertia persona  
singu

singularis numeri, masculini gen.

ה - he sine omni puncto cum ca-  
mez sub litera præcedenti consti-  
tuit tertiam personā foeminini ge-  
neris singularis numeri, ut

פָּקְדָהּ uisitauit illa mulier.

הּ augmentum est secundæ per-  
sonæ masculini gen. sing. num. ut

פָּקַדְתָּ uisitauisti tu uir.

הָ augmentum est secundæ per-  
sonæ foeminini singularis, ut

פָּקַדְתָּהּ uisitauisti tu mulier.

Comm. הּ augmentū est primæ  
pers. communis gen. sing. num. ut

פָּקַדְתִּי uisitaui ego uir uel mulier.

*prima pers. sing. &  
com. communis tu uir  
tu mulier*

Conim. הוּ augmentum est tertiæ  
personæ communis generis plura-  
lis numeri, ut

פָּקְדוּ uisitauerunt uiri aut mulieres.

הוּ augmentum est secundæ per-  
sonæ masculini gen. pluralis nu. ut

פָּקַדְתֶּם uisitauistis uos uiri.

*et uisitaui uos mulieres, et uisitaui uos.*

וְאֵלֶּיךָ aug. est secūda pers. fœ. plur.  
ut וְאֵלֶּיךָ uisitauistis uos mulieres.

<sup>אף פ' 13</sup> Comm. וְאֵלֶּיךָ sine dageſc in nun, aug-  
men. est prima pers. comm. plur.  
ut וְאֵלֶּיךָ uisitauimus nos uiri & mu-  
lieres. Hæc augmēta, quæ omni-  
bus præteritis uerborum ſeruiunt,  
ſunt loco pronominum utriusque  
perſonæ, generis, & numeri: qui-  
bus detractis, tertia perſona nuda  
remanet, quæ שְׁאֵלֶּיךָ dicitur. No-  
tandum eſt præterea, quòd in præ-  
teritis, talis ordo ſeruatur in flectē-  
do, ut à tertia ſingulari incohetur.  
deinde ſecunda proferatur, poſtea  
prima: & idem fit in plurali.

*De augmentis omnium futurorum.*

Omnia futura cuiuſcūq; ordinis  
ſint & coniugationis, præmittunt  
augmēta à principio dictiōnis ſem-  
per, quibus perſonæ, genera, & nu-  
meri diſcernuntur. Sunt enim hæc:

ו, ו, & syllaba נַ.

At id exemplis illustremus.

Comm. & constituit primam per  
sonam singularis numeri commu-  
nis generis, ut

אֶפְקֹר uisitabo ego uir aut mulier.

constituit tertiam personā masculini generis utriusque numeri, ut

יִפְקֹד וִיפִיטָבִיט ille uir.

3. <sup>fin</sup>constituit pluralem numer. ut

יבקרר uisitabunt uiri.

et constituit secundam personam  
masculini gen. utriusque numeri, ut

**וְיָבִיקְךָ** uisitabis tu uir,

**וְיָבִיק אֶת הַמֵּשֶׁכֶׁת וְאֶת הַלְוִיִּם** uisitabitis uos uiri:

Et tertiam & secundam foeminini  
generis utriusq; numeri, ut

וִיִּשִׁיטָבִּיט מִלְיִיט: uisitabit mulier:

Idem est cum masculino secundæ  
personæ. *Quo fit scilicet apud Romanos. & Imperatores  
apud nos sic quoque nunciantur & inter se  
dicuntur.*

Quo fit futura agens. Unde. & imp. utique si quod non fit.  
 tunc non fit quod non dicitur & imp. si quod non fit. postea  
 non est fit in unum. Unde. Pler. fit scriptura imp.  
 atque fit futura quoniam in **confi** scriptura imp.  
 propter affirmationem in Hengon patet &  
 propter negationem in no occidit &



rentibus, quæ ab ipsa forma **פעל** di-  
citur, quemadmodum & aliæ con-  
iugationes à formis suis cognomi-  
nātur, ut si à Latinis diceretur, con-  
iugatio amo, cōiugatio amor, con-  
iug. doceo, &c. Appellatur quoq̃  
& hæc coniugatio **קל** idest levis,  
quia non grauatut aut puncto da-  
gesc, ut **פעל**, aut **הפעיל**, aut syl-  
laba **הה** ut **ההפעיל**. In hac coniu-  
gatione flectuntur tam uerba neu-  
tra, quàm transitiva, idest actiua, ut  
**עמד** stetit, **שמר** custodiuit. Habet  
præterea tertia persona singularis  
masculini generis tres terminatio-  
nes, siue formas, nempe **פעל פעל**  
**פעיל**, quæ omnes in uno uersu Bi-  
blico Exodi quadagesimo capite  
inueniuntur,

וְלֹא יָבֹל מוֹשֶׁה לְכוּזָא אֶל אָחֵל מוֹדַעַר  
בִּי שִׁבּוֹן עֲלֵיו חֶעֶנָּן וְבִבְדוֹ יִהְיֶה מִלֵּא אֶת  
הַמִּשְׁכָּן וְיִשְׁמַח בְּכָל אֲשֶׁר יִשְׁמַח וְיִשְׁמַח

*Omnia radice p<sup>r</sup>ime quingenta sub p<sup>r</sup>ime  
radicali h<sup>e</sup> +, sed sub p<sup>r</sup>ima uni-  
versis .. ante h<sup>e</sup>lem.*

Fi



tia forma, retinent cholem per omnes personas præteriti: excepta tertia persona pluralis numeri, & tertia persona singularis numeri feminini generis: nam illa habent sce

וא,ut יכלו potuerunt, praevalue-

רָנָה, runt, יָכֹלָה potuit. In pausa uerò

(quæ quid sit, infrà dicemus) re-

deunt ad pristinum punctum cho.

lem, ut יבֹלֵה. Præterea secundā for

ma ut plurimum non uenit nisi in

neutris, ut **וְאֵל** senuit, **וְאֵל** plenus

fuit. In transitiis autem rarissimè,

ut vñ desiderauit, וְהוּא dilexit, &c.

At tertia forma non inuenitur nisi

in neutris, ut יָגֵר potuit, יָגֵר ti-

muīt. Prima enim frequentiore

<sup>per se habet</sup>  
Ergo habet usum, ideo flexionem;

ut cæteri grammatici,

iuxta illam po.

nemus.



Observationes in עבר.

Omnibus præteritis commune est habere quatuor personas cum accētū in penultima, quæ sunt, personæ secundæ utriusque generis singularis numeri, ut פְּקֹדֶת פְּקֹדֶת. Et primæ personæ communes utriusque numeri, ut פְּקֹדֶתִי פְּקֹדֶתִי. Cæteræ uerò habent accentum in ultima, ut

פְּקֹדֶת פְּקֹדֶת פְּקֹדֶת פְּקֹדֶת :

Quotiescunque prima radicalis fuerit gutturalis, in secundis personis pluralibus utriusque generis, punctatur chateph pathach, ut חֲלַכְתֶּם.

Nunquam enim literæ gutturales à principio dictionis punctantur puro sceua, sed semper mixto. Alioquin prima radicalis litera in huiusmodi duabus secundis personis habebit semper sceua purum; ut, פְּקֹדֶתִי פְּקֹדֶתִי. Verum

*in dualis per hunc*  
*per hunc*  
*in dualis per hunc*  
 in cæteris personis per hapoal sem-  
 per habebit camez: & ain hapoal  
 pathach per omnes personas, exce-  
 pta tertia plurali, & tertia singulari  
 fœminini, quæ habent sceua mobi-  
 le, ut *פָּקַדְתָּ*. Si uerò fuerit gut-  
 turalis, pūctatur sceua mixto, idest  
*in dualis per hunc*  
*per hunc*  
 chateph pathach, ut *פָּעַלְתָּ* ope-  
 rati sunt, operata est, *בָּחַרְתָּ* elege-  
 runt, *בָּחַרְתָּ* elegit. Quandoq; secun-  
 da singularis masculini recipit pa-  
 ragen *ה*, ut *בִּפְקַדְתָּהּ* uisitauisti.

Annotandum & hoc etiam est,  
unicum tantum præteritum esse apud  
 ebreos, & hoc perfectum, quod ser-  
 uit in lingua sancta pro nostris tri-  
 bus præteritis, perfecto, imperfe-  
 cto, & plusq; perfecto, prout sen-  
 tentia locusq; poscit. Faciūt<sup>unt</sup> (quod  
 & reperitur in lingua sancta) suum  
 præteritum imperfectum hoc mo-  
 do: iungunt participium præsens  
 uerbo

uerbo substantiuo sum, es, est, præteriti perfecti, ut **חיה שומרי** fuit obseruans, uel erat, pro obseruabat, **חיה פוקר** fuit uisitās, id est uisitabat, quæ locutio frequens est in Euangelistis: erant appropinquantes, id est appropinquabāt: erant audientes, id est audiebāt. Præteritum uerò plusquā perfectum, hoc modo, **בבר פקר** iam uisitauit, id est uisitaue rat. Alioqui præteritum perfectum pro omnibus satisfacit absq̃ etiam additione aliqua, ut passim in sacris Biblijs legimus.

*Observationes in **בינוני**, in quo participium præsens tractatur.*

Suprà diximus, benoni intermedium dici, eo q̃ mediat inter præteritum & futurum, quod & nos uertimus participiū præsens actiuum, quod **שם הפועל** appellāt. Hoc utū

tur Ebrei & pro participio actiuo,  
& pro nomine formali, idest ad-  
iectiuo.

Est tamen notandum, q̄ benoni  
quãdo participialiter capitur, non  
potest uerũ ostēdi, nisi de homine  
agente rem pro tempore, quando  
fit ipsa operatio. Nomen uerò הוֹאֵר  
idest formale, seu adiectiuum, pro-  
batur etiam de homine habente il-  
lam formam pro tempore, quan-  
do nullam rem agit. Exemplum,  
שׂוֹמֵר custodiens & custos. Si par-  
ticipialiter capitur, de homine pro  
hora, qua actu custodit aliquam  
rem, dicitur. Si formaliter, id est  
adiectiuè, denominat hominem,  
qui officium, uel consuetudinem  
habet custodiendi, qui etiam pro  
eo tempore quando dormit, cu-  
stos uocatur.

Nomen formale, nomen adiecti-  
uum

uum intelligunt, eo quòd formam *Formale* accipiat à substantiuo, ut à צֶדֶק iustitia, dicitur צַדִּיק iustus. Iustitia ergo forma est, iustus uerò formale: custodia est forma, custos formale.

Age igitur, ponamus aliquot signa, quibus benoni facile cognoscatur, quando formaliter accipiendum est, & quando participialiter. Quum igitur benoni participialiter capitur, nunquam uenit in statu regiminis. Quòd si uenerit, tunc adiectiuè capitur, non participialiter: ut, שׂוֹמֵר צֹאן custos ouium, non custodiens oues. In plurali numero, שׂוֹמְרֵי הָעִיר custodes ciuitatis, non custodientes ciuitatem. Aliud signū & clarius: Omne benoni, post quod uenit dictio נָשׁ participium est, non formale. Exemplum utriusque habetur Ieremiæ capite uigesimo tertio.

כֹּה אָמַר יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל עַל הָרְעִים  
 תִּרְעִים אֵת עַמִּי. Sic dixit essentiator  
 deus Israel ad pastores pascētes po-  
 pulum meum. Vbi primum <sup>הָרְעִים</sup>  
 est formale, quia non <sup>הָרְעִים</sup> est in statu re-  
 giminis: secundū uerō participiū  
 quod ostendit dictio <sup>אֵת</sup>. Annume-  
 rantur etiam huic regulę <sup>הָרְעִים</sup> pronomi-  
 na ista, אֹתָם, & אֹתִי אֶתְּךָ אֹתָהּ.  
 Præterea quando inueneris iuxta  
 benoni unā ex his literis seruilibus  
 בְּלִם tunc capitur formaliter, & nō  
 participialiter, ut <sup>אֶתְּךָ</sup> בְּקוֹשְׁרִים  
 Achithophel inter conspiratores,  
 לְעוֹשֶׂה אֹרִים, sicut foenerator,  
 בְּנוֹשֶׂה  
 factori luminum, &c.

Benoni habet pe cum cholē per  
 omnes personas, & ain cum zeri,  
 idēq; tantū in singulari, ut <sup>אֶתְּךָ</sup> בְּקוֹרִי  
 uisitans. Sed in reliquis personis zeri  
 uertitur in sceua, ut <sup>אֶתְּךָ</sup> בְּקוֹרִים  
 uisitantes, <sup>אֶתְּךָ</sup> בְּקוֹרֶה  
 uisitans mulier, <sup>אֶתְּךָ</sup> בְּקוֹרוֹת  
 uisitantes

sitantes mulieres. Sciat etiam ple-  
 runque uenire foeminin, singulare  
 cum <sup>ה</sup> ~~finali~~ <sup>ה</sup> ~~litera~~, ut <sup>ה</sup> ~~פוקרה~~, & raro  
 cum <sup>ה</sup> ut <sup>ה</sup> ~~פוקרה~~. Quòd si media fue-  
 rit gutturalis punctat sceua mixto,  
 ut <sup>ה</sup> ~~רחצה~~. Si tertia, <sup>ה</sup> ~~pathachatur~~, ut  
<sup>ה</sup> ~~שומע~~ audiens, <sup>ה</sup> ~~שולח~~ mittens. For-  
 ma <sup>ה</sup> ~~חפץ~~ communis est preterito &  
 benoni. Habent insuper benoni &  
 paul genus & numerū, singularem  
 scilicet, & pluralem, & unam perso-  
 nam tantū (si modò personā no-  
 minare fas est) nempe tertiā. Quòd  
 si quis eam usurpare uelit pro alijs  
 personis, dictionem consignifican-  
 tem superaddat, necesse est: hoc est  
 pronomen primæ & secundæ per-  
 sonæ addat benoni, & sic primā &  
 secundam habebimus personam, ut  
<sup>ה</sup> ~~אני פוקר~~ ego uisito, <sup>ה</sup> ~~אתה פוקר~~ tu ui-  
 sitas. Sepissimè additur etiam ben-  
 oni pronomē tertię personę, si non  
 prece-

præcedit nomen tertiæ personæ,  
 ut <sup>הוא</sup> <sup>פוקר</sup> ille uisitat. Et in plurali  
<sup>אנחנו</sup> <sup>פוקרים</sup> nos uisitamus, <sup>אתם</sup>  
<sup>אתם</sup> <sup>פוקרים</sup> uos uisitatis, <sup>הם</sup> <sup>פוקרים</sup> illi  
 uisitāt. Et in regimine genitiui abij  
 citur <sup>ם</sup>, & iod remanet punctata  
 tamen litera præcedente iod zeri,  
 ut <sup>א</sup> <sup>פוקרים</sup>, dicitur <sup>פוקרי</sup> uisita-  
 tores, ut puta alicuius ciuitatis uel  
 prouinciæ. Duo sunt status ab-  
 solutus, & in regimine. Absolutus  
 status dicitur, quando Nomen uel  
 Participium non regit casum post  
 se: ut, Et nunc <sup>מלכים</sup> reges estote  
 prudentes. Psalmo ij. Status uerò  
regiminis, uel constructionis est,  
 quando regit casum genitiui, ut  
<sup>מלכי ארץ</sup> Reges terræ, scilicet Pa-  
 lestina, uel alicuius prouinciæ. Et  
 cum participio foeminino, ut <sup>אני</sup>  
<sup>אני</sup> <sup>פוקרת</sup> ego (mulier) uisito, <sup>את</sup> <sup>פוקרת</sup>  
 tu uisitas, <sup>היא</sup> <sup>פוקרת</sup> illa uisitat. Et  
 in

in plurali numero , אֲנִיחָנוּ פִּיקְרוֹת  
 nos ( scilicet mulieres ) uisitamur,  
 הֵן פִּיקְרוֹת אֲתָן פִּיקְרוֹת uos uisitatis,  
 הֵן פִּיקְרוֹת illæ uisitant.

Verùm quum in sermonem nominum inciderimus, operæ precium duximus regulam omnium nominum hoc in loco tractare, & hoc pacto Tractatum de Benoni absoluere.

#### DE NOMINIBVS.



**N**omen non flectitur, nisi de masculino genere, ad fœmininũ: & de statu absoluto, ad statum regiminis & affixionis.

Nomina fœmininà plerunque terminantur in his tribus literis,  
 נָחָה in singulari numero, ut עֲבָה  
 exer

exercitus, **בִּזְרָה** uisitans, **תְּפִאָרֶת** glo-  
 ria, **שְׂמִלָּה** uestis. Desinētia uerò in  
 quamcunq; aliam literam plerunq;  
 sunt masculini generis, ut **דָּבָר** uer-  
 bum, **צֶדֶק** iustitia, **רָשָׁע** impius, &c.  
 In cōstructione uerò uel in regimi-  
 ne, <sup>ה</sup> uertitur in <sup>ה</sup>, ut **שְׂמִלָּתָהּ** ue-  
 stis Aharonis, **שְׂמִלָּתִי** uestis mea. Et  
 quę desinunt in <sup>ה</sup>, cum affixis dage-  
 scantur, ut **תְּפִאָרֶתָהּ** gloria, **תְּפִאָרֶתוֹ** glo-  
 ria eius. In plurali habent termina-  
 tionem **וֹת**, ut **דּוֹלָרוֹת** generationes,  
**בִּזְרֹת** uisitātes seu uisitatrices mu-  
 lieres. Nominum masculinorum  
 in singulari numero certam termi-  
 nationem dare non possumus, nisi  
 ut suprà citauimus. Eorum autem  
 plurale semper terminatur in <sup>ים</sup> li-  
 tera præcedente iod chiricata, ut <sup>ים</sup> **צְדִיקִים** iusti. Et hoc in  
 statu absoluto. Quòd si singulare  
 desideras, remoue terminationem  
 plura

pluralem ים ut רבר uerbum, צריק iustus, &c. In statu uerò regiminis eliditur ם, & litera præcedente iod punctatur zeri, ut רברי יהיה uerba lehouæ. Et cum affixis habet segol, ut חבירי focij tui, רבריי uerba tua.

Notandum est, quòd Ebrei non habent genus neutrum, sed utuntur forma masculinorum pro neutro, ut Genes. ה. לא טוב היות האדם id est, non est bonum (non autem bonus) esse homini solum. & Mich. v. וראתה בית-לחם אפרתה צעיר להיות Et tu Bethlechem Ephrathah, parum est ut sis, id est nequaquam minima es inter principales ciuitates Iudah. Sic enim interpretatur hūc locum prophetæ Matthæus Euangelista capite ה. sui Euangelij, non צעיר paruulus, ut diuus Hieronymus, sed parum. nam צעיר refertur ad Bethlechem, non autē ad regem Messiam,

Messiam, ut doctè annotavit Andreas Osiander. Habet etiam lin-

*clivus 2 (ab) sed 3 pa:  
thod (ab) tunc ante id)*  
gua sancta numerum dualem, sed  
semper una & eadem terminatio-  
ne, ut יָדַי duæ manus, רַגְלַי duo  
pedes, יְרוּשָׁלַם duæ Ierusalem, ter-  
restris scilicet, & coelestis. Sed no-  
tandum est, quòd nō omnia nomi-  
na possunt habere numerum dua-  
lem, sed duntaxat quæ duo tantum  
*na linea / sine*  
significant, ut manus, pedes, oculi,  
aures, &c. Sunt præterea quædam  
nomina anomala, quæ in singulari  
numero masculina sunt, in plurali  
verò habent terminationem fœmi-  
ninam, ut אֵבֶר pater, אֲבוֹת patres.  
Rursus quædā in singulari sunt fœ-  
minina, in plurali habent termina-  
tionem masculinam, ut אֲבָנִים lapis,  
אֲבָנִים lapides. At huiusmodi nomina a-  
nomala pauca sunt.

Hactenus de nominibus, propter  
beno

benoni & paul, quo ad terminatio-  
nes tam numeri quàm generis. Et  
hæc de benoni dicta sufficiant.

*Observationes in פֶּעַיִל, hoc est  
particip. præterit. passiu.*

**H**Abet & paul, idest participiũ  
passiuũ, numerum, genus, &  
unam tantũ personam, ut beno-  
ni, nempe tertiam. Et quod de be-  
noni diximus, uti spectat ad perso-  
nas cum pronomibus, ad nume-  
rũ quoq; & genus, de statu absolu-  
to & statu regiminis: id & de paul  
intelligas necesse est. Punctat præ-  
terea paul hoc modo: pe hapoal ca-  
mezatur in singulari, ut פֶּקַדִּי uisita-  
tus. Sed in reliquis personis uerti-  
tur camez in sceua. In omnibus ue-  
rò personis & numeris, ain hapoal  
habet uau scurec, ut פֶּקַדִּים uisita-  
ti. In constructione פֶּקַדִּי uisitati,  
פֶּקַדִּה uisitata mulier, פֶּקַדִּוּהּ uisita-

ta. Si uerò tertia idest lamed ha-  
poal fuerit gutturalis, pathachath,  
ut שלח missus, פירע scissus.

Quemadmodū participium pre-  
sens uocatur benoni, idest interme-  
dium, eo quòd componatur ex pre-  
terito & futuro: ita & paul, idest  
participium passiuum <sup>passiuum</sup> benoni uo-  
catur. Componitur enim ex præte-  
rito & præsentis, ut quum dicimus  
בנין הבית domus extructa. Sensus  
est, quòd iam extructa sit, duret op  
adhuc. Ethæc est differentia, quæ  
est inter ipsum & niphath: nam si di-  
cit, בנין הבית domus extructa est,  
fieri potest, ut domus illa iam sit di-  
ruta. ~~Intelligitur ergo niphath de re~~  
~~iam facta~~, & si res illa fortassis iam  
non sit. At paul non comprobatur  
uerum esse, nisi duret & consistet  
res illa: ut, uir uestibus לבוש indu-  
tus, armis bellicis חגור accinctus,  
& puer

& puer ephod lini <sup>תגדל</sup> cinctus.

<sup>paul</sup> Notandum & hoc est, quando participiū præterit. ponitur in constructione, hoc modo exponitur. ut <sup>היה</sup> פקדתי <sup>יחיה</sup> uisitati Dei, idest à Deo: <sup>יחיה</sup> גאלי <sup>יחיה</sup> redempti Dei, id est à Deo. Postremò nō formatur <sup>paul</sup> participium præteritū passiuum, <sup>in multis.</sup> à uerbis neutris. Censent grammatici, benoni & paul uerius nomina uerbalia appellari, quàm uerba.

*Observationes in* <sup>תגדל</sup>.

In imperatiuo habetur genus, numerus, & persona. Verùm personam tantùm secundam habemus, per quam imperamus. Nec possumus ea uti pro reliquis personis cū pronominib. u. in benoni & paul. neque pronomē secundæ personæ additur. Per se enim & propriè imperatiuus est secundæ personæ. Manifestū tamē est, absenti quoq̃

posse imperari, idēq; per futurū tem-  
pus, ut יַעֲשֶׂה פֶּרַעַה וַיִּבְכֶּר פִּקְיָרִים fa-  
ciat Pharoh, & constituat præposi-  
tos, & alia multa. Genes. xli. capite.

Forma imperatiui hæc est: singu-  
laris habet pe hapoal sceuatum, &  
*Imperatiui formæ  
nō in cholem  
et pathach.* ain cum cholē, uel ( sunt enim duæ  
formæ) pathach: ut פִּקְרִי uel פִּקֵּר ui-  
sita uir. Si prima fuerit gutturalis  
pūctatur chateph pathach, ut חֲגֹרִי  
accinge, עֲזֹב derelinque. Si uerò  
tertia similiter fuerit gutturalis, ain  
habebit pathach, ut שְׁלַח mitte, &  
שְׁמַע audi. In plurali uerò masc. &  
sing. fœmin. pe habet chirie, ut פִּקְרֵי  
uisitate uiri, פִּקְרֵי uisita tu mulier.  
Iod enim à calce, signum est fœmī-  
nini sing. Eius uerò plur. est פִּקְרֵינָה  
uisitate mulieres ¶ Sceua post uo-  
cem magnam non legitur ob ele-  
gantiam. Et syllaba נָה, signum est  
plur. fœm, quod commune est om-  
nibus

nibus imperatiuis cuiuscunq; sint  
 cōiugationis & ordinis. Quādoq;  
 autē deficit <sup>in fine</sup> litera ה, & modo pun-  
 ctatur, modo non: ut שמעו custo-  
 dite, שמעו audite, scilicet uocem  
 meam uxores Lemech. Genes. iij.  
Recipit præterea sing. mas. literam  
 ה in fine, & tunc pe hapoal habet  
 chiric, ut שלח <sup>שמעו</sup> mitte, id est intelli-  
 gendum de illis uerbis, quorum ain  
 habet pathach, ut שלח <sup>שמעו</sup> mitte. Sed  
 quando ain habet cholē pe puncta-  
 tur chateph camez, dummodo ad-  
 mittit ה in fine, ut זכור recordare,  
 זכור recordare. Sunt tamen ali-  
 qua, quæ à regula excidūt. Si uerò  
 secūda fuerit gutturalis, pe hapoal  
 habebit pathach, & ain chateph pa-  
 thach, ut שחט <sup>שמעו</sup> iugulate, טעמו gu-  
 state.

*De usu imperatiui.*

Vsurpat sacra lingua imperati-  
 uum loco futuri, ut תספור <sup>לך</sup> nume-

ra tibi, pro numerabis: Deuteron.  
xvi. **הַעֲשֵׂה לִי** fac mihi, pro facies  
mihi: Exodi xx. & similia. Nam in  
præceptis affirmatiuis ut plurimū  
utuntur scripturæ futuro secundæ  
personæ loco imperatiui, & sic re-  
gula intelligitur. Præcepta uerò af-  
firmatiua, quæ ueniūt in forma im-  
peratiui, simpliciter pauca sunt, ut  
**בְּיָד אָבִיר** honora patrem tuum:  
Exodi xx. **שָׁמַע יִשְׂרָאֵל** audi Israel:  
Deuter. vi. &c. Præcepta autem ne-  
gatiua nūquam ueniunt, nisi in for-  
ma futuri, ut **לֹא תִרְצַח** non occides,  
**לֹא תִגְנוֹב** non mœchaberis, **לֹא תִנָּאֵץ**  
nō furaberis, quæ omnia imperati-  
uè exponēda sunt: non enim possu-  
mus dicere **לֹא תִגְנוֹב** ! **לֹא תִנָּאֵץ** ! **לֹא תִרְצַח**  
quia imperatiuus nunquam uenit  
post unā ex his dictionibus, **אֵל**, **לֹא**,  
**פֶּן**, **כִּי־אֵם**, **אֲשֶׁר**, **אֵת**, **לְמַעַן**, **בְּעֵבֶר** :  
Venit quoq; imperatiuus in forma  
depre

*x. post negatiuas / m.  
fatiuus nō uenit*

deprecatiōis aut petitionis, ut חַנּוּנִי  
 רַחֵם מִשְׁמַע תְּפִלָּתִי miserere mei, & exau-  
 di orationē meam, אֲזַיְנֶה אֱלֹ-  
 quia mea auribus percipe, ō Deus.  
 Ponuntur etiam iuxta eūdem dictio-  
 nes נָא uel אֲנִי quæso, obsecro, ad  
 indicandum precandi formam, ut  
 Psal. cxviij. אֲנִי יְהוָה חַסְדִּי עָשִׂיתָ נָא ob-  
 secro Domine, salua uel fer opem  
 quæso. Inuenitur quoq; imperati-  
 uus in forma subsannatiōis, aut po-  
 tius exprobrationis, ut שִׂמְחָה בְּחַיִּי  
 lætare adolescens: Eccles. xij. Sica-  
 pud Amos iij. בְּאֵי בֵיתֶאֱלֹהִים uenite,  
 uel ite in Bethel: exprobrātis enim  
 est, & ironicōs dictum. Similia legi-  
 mus iij. Reg. xviij. & Oseā ij. quæ  
 tamen pauca sunt.

*De optatiuo, & subiunctiuo.*

Optatiuo modo & subiunctiuo  
 carent Ebrei: cognoscitur tamē eo-  
 rum natura ex sermonis qualitate

& forma, & ex adiunctis dictionibus, quæ optandi modum & subiunctiui formam naturam indicāt, ut **נא** obsecro, quæso, **לֵא** utinam, **לֵא סָרַעַת שָׁמַיִם** & **לֵא** utinā, ut **לֵא סָרַעַת שָׁמַיִם** utinam disrumperes coelos: Iesaiæ lxiii. Et xlviii. **לֵא הִקְשַׁבְתָּ לְמִצְוֹתַי** utinam attendisses preceptis meis. Psal. cxviii. **אֲחֲלִי בְנֵי דָרְבַי** utinā dirigantur uia meæ. & Geneleos 17. **לֵא שְׁמַעֲלִי חֲתָה לְפָנַי** utinam Ismael uiuat coram te.

*De subiunctiuo.*

Subiunctiuus modus similiter cognoscitur ex particulis præpositis, ut **כִּי** quum, **כִּי** si, **אֲשֶׁר** quando, quòd, &c. quæ obseruabit lector. Exemplum, **אִם אָבָא בְּאֶחָל בֵּיתִי** si introiero in tabernaculū domus meę Psal. cxxxi. & Deuteron. xx. **כִּי תֵצֵא** quum egressus fueris ad bellum, & **כִּי תִקְרַב אֶל עִיר** quum ap  
propin

propinquaueris ad ciuitatē. Et alia multa, quæ passim obseruabis.

*Observationes in מִקְוֶה.*

Infinitiuus & gerundium appellatur מִקְוֶה idest uena, fons, origo, scaturigo, quia ex ipso scaturiunt omnes significationes uerborum: nā actio omnis hinc descendit, hoc est omnia uerborū tempora, quo ad significationem: quo uerò ad flexionem, à עָבַר idest à præterito perfecto habēt originem. Caret omni genere, numero & persona, sola & unica uoce constans. Est autem duplex forma infinitiui. Prima est, quum pe hapoal habet camez, ut מִקְוֶה uisitare, uel uisitādo. Sed cum literis בִּכְלָם camez uertitur in sceua. Secunda, quum pe habet sceua: מִקְוֶה ut בְּכָלֶם, ut עַתָּה סָפַר tempus plangendi, עַתָּה קָוַר tempus saltandi: Eccles. iij. & similia. Omnia autē  
utri

utriusque exempla habent cholem  
 in ain hapoal, & literę בבלם punctan-  
 tur chiric, & litera mox sequens ra-  
 phatur, ut בפקור בפקור לפקור. Ex-  
 cipitur litera מ, post quam sem-  
